SILVA, EVTRAPE-
lias. Idest comitatis, & vrbanitatis,
ex varijs probatæ fidei authori-
bus, & vitæ experimentis.

este libro [illegible] prestado [illegible] fr. sebastian

Authore Ioanne. P. à Moya, ab op-
pido sancti Stephani Portuē
sis, oriundo.

Ad illustrē admodū. D. Gōsaluum
Argote, de Molina D. Turris đ Gil
deolit, præfectum prouincialē san
ctæ fraternitatis Bethicæ: Senato-
rem Hispalensem: Regis Philippi
secundi palatinum
clientem. &c.

Cum licencia.
Hispalis
Apud Ferdinandum diaz. S. M.
Typographū. 1579.

Tassado en 22 marauedis.

¶Este libro no tiene ningun error contra la fe, y a mi parecer no ay ningun incõuiniente por que no se deua imprimir. En seuilla a cinco de Enero de. 1579. años.

Doctor
çumel.

¶Yo el prouisor de Seuilla por la presente doy licẽcia a qualquiera impressor desta ciudad, para que pueda imprimir el libro aqui contenido guardando enla impressiõ la ordẽ que su magestad tiene dada. Fecha en Seuilla a cinco de Enero de. 1579. años.

Doctor Valdecañas. y Arellano.

Antonio de Ayala notario.

ILLVSTRI ADMODVM, AC GEnerosso viro Gõsaluo Argote de Molina. Dño Turris de Gildeolit, Præfecto ꝓuinciali sanctæ fraternitatis Bethicæ, Senatori Hispalẽsi, regis Philippi secundi palatino clienti. Ioãnes Perez de Moya. S. ac perpetuam dicit fœlicitatem.

OMni loco, ac tẽpore hæc percrebuit consuetudo, vir illustris, vt hi qui suas vigilias & lucubrationes hominũ oculis & cẽsuræ

cõmittere cõstituũt,aliquẽ sibi prius in patronũ quærãt,sub cuius tutella ĩ vulgus prodire,& in manus hominum peruenire intrepide possint. quã consuetudinẽ non solũ eos obseruasse cõ perimus,qui iure optimo imbidorũ morsus ptimescerẽt,verum etiã eos quos eximiæ virtutes præclaræ animi dotes,singularisq; eruditio quodãmodo tutos redderẽt:ob eãq; causam poetæ clarissimi ad suos mecœnates olim tanquã ad sacrã(quod aiunt)anchorã cõfugiebat:idq; oẽs variæ eruditienis viros fecisse passim legimus. Nũc ergo mihi præsidiũ quærẽti, tu solus occurristi vir illustris cui merito meos labores possẽ dicare,& sub tuo amplissimo nomine impublicũ prodire. Tũ ob egregias tuas virtutes ceteraq; animi ornamẽta, Tũ etiã generis nobilitatẽ, & maiorũ splẽdorẽ,id quodã me,nõ propterea factũ existimes,velim, vt putẽ, te hoc opere indigere, cũ sis in omnibus doctrinis liberalibus, a deò versatus, vt omniũ bonarũ artiũ professores,tibi vni,quam maximè debere fateãtur, sed potius vt meã inte beneuolentiã(hoc monimẽto exiguo)significarẽ.Boni igitur cõsulè amplissime vir & hũc libellũ nunc denuo lucubratũ hylari frõte suscipere digneris.Quod si(vt spero)tibi gratũ fuerit,ad maiora in dies subeunda animũ incitabis.Vale decus Hispaniæ,& me nõ inter prostremos tuo illustri nomini deditissimos collocabis Hispalis.Kalendis Martij.

INDEX RERVM MAXIME ME morabilium, huius operis.

DICTIONVM ALIQVOT quæ in hoc libello cōtinentur expoſitio.

Aquavitæ. agua ardiēte
Abrotonū. vna eſpecie de aſenſios.
Albarraz, es lo que ēla tin dizen Staphiſagre.
Aquam argentariorū, agua fuerte.
Aqua naphæ, agua de azahar.
Aurum foliatum. Panezillos (q̄ dizen) de oro por otro nombre oro batido.
Arabica lachryma, Goma arabiga.
Aqua ex gummi facta, agua que aya tenido goma arabiga.
Aluminis rochæ, alumbre de roca.
Aquæ ſeparationis auri, agua fuerte.
Aurichalcum. alaton
Argēto ſublimato, ſoliman.
Aſſari, es vna rayz q̄ llaman aſſaro.
Baccarum orientalium

de sal.
Semina malli coctonei
Pepitas de membrillo.
Smerilli. vna piedra cõ que limpian perlas, o espadas.
Sinopiam atram. Almagra negra.
Spicæ. Spica nardi.
Salamoniacũ, siue anoxatir. Vn genero de sal
Tythimali, lechetrezna
Tartharum. Rasuras de vino.
Tragacanthæ. Goma dragante.
Tapetes. Paños đ pared
Verbasco. Gordolobo
Vitriolum. Caparrosa
Vitriolum Romanum. Caparrosa.
Veratrum. Yerua de ballestero.
Xilina. Cosa de lino
Xilobalsami. madera đ balsamo.
Zinziber. Gengibre

ELENCHVS CAPITVM huius operis.

Juan Carlos
[illegible]vera

EXPERIMENTA VARIA.

Cap. I.

NIHIL ferè est quod vsus & experientia in hominum vitam nō inuexerint, sed hoc primum caput de varijs experimētis incripsimus, quāuis ī toto opere nil aliud agamus, vt ī ipso vestibulo syluæ nomē agnosceres

*¶ Solent Pharmacopolæ decoctiōes ad tertias, aut ad quartas, aut ad aliā eiusmodi mēsurā decoquere: idq; ligno quodam misso in lebetē pertētare, ita vt in ligno signa habeāt peculiaria, quibus deccctionis librā, aut semilibrā, aut eam quam volunt mēsurā remanere agnoscunt. Qnæ regula

non semper vera est, et si vera est, laboriosa tamē. Quare huiusce rei certam methodum præscribemus, verbi gratia. Volo decoquere. 12. libras aquæ, quousq; remaneāt. 8. ita vt nihil superfluū aut diminutū reperiatur. Quādo igitur volo facere decoctionē. 12. librarū aquæ, acipiāt vas capax cū libris. 8. & aligabo inter vasculū & lares lignū prælōgū, ita tamē vt æqualiter depēdeat et in nullā partē ꝺclinet: in vna huius extremitate vasculū depēdere faciā: èx altera extremitate pondus alligabo qđ vasculo cū libris. 8. æque pēdeat. Inde adijciāt libras. 4 quæ decoctione sunt perituræ. Facta igitur decoctione vas ascendet in sublime ad æquilibriū ponderis, ex altera parte pēdentis. Exēplar hoc erit omniū decōctio

nũ ſi prius poſitis libris quas velis remãere, appoſuerisq́ decoquẽda curas

*¶ Vtiliter flumina tranabis, ſi coriaceum craſſumq́ tibi aptaueris inteſtinũ, quod aëre inflatur vehemẽter & loco conflationis occluſo ſub axillis circũligaueris. Sic enĩ tuto eques ſeu pedes cum neceſſitate arctatur ſe ſe cõmittet aquæ: & motione pedũ ſi ſupellectilem manibus portare libuerit, ad vlteriorẽ ripam tranabit. Idẽ facies, tympãis coriaceis ſub pedibus poſitis baculoq́ cui tympanũ ſit ſuppoſitũ. Non enim ſolum tranare, ſed de ambulare ſuper aquas: videueris. Nota quod inſtrumentum debet habere pipam canæ ſeu latæ qua poſsis in mittere aërẽ ipſum equidẽ inſtrumẽtum ocultare otime poteſt, ſi enin habeas veſtem (quæ vulgo) dicitur

Vide Robertũ valturiũ libr. 11. capi. 12. de re milita ri.

ropilla) coreum tamen huius instru mēti debet esse illi9 exquo efficiūtur vt vulgo dicitur las botas ad bibēdū

¶Id quod ꝓcul apparet iudicaturi simus si venit adnos: si ī ijciēdo lineā visualem, virgula vel astrolabio vel alia re recta in parte suprema ipsius rei quā cernimus: incaluerit se sub dicta m lineam visualē: nam aliter contrariā rem agit, sed si non moueatur neutrum fit.

Memin æolipilarum Vitruuius li.1. ca.6

¶Aurifices quidam qui mollē euentilationē ignis exoptant, pro follibus vtuntur globo æreo cum paruo foramine. Hunc globum iuxta ignē apponūt, quo calefacto fugatoq; intimo vento in aquam globū mergentes implent. Posthæc, iuxta fornacem foramē contra ignē positum, indesinenter aërem mittit, ignēq; accēdit. Fiūt his

globulis multa ludicra ſub menſa po-
ſitis, igne tamē ſemper calentibus.
*¶ In amphora ſtupa incenſa, & ore celeriter impoſito aquis, ingens liquoris copia ſurſum repente influet. Ne detur locus vacuus, vnde cucurbitæ quas vulgus (vētoſas vocat) carnem trahunt. Ioachi.
*¶ Nucleum amygdalinum, non ſine circunſtantium admiratione in partes minutas cōminues integra remanente cruſta, ſi lineo vel laneo pannò circumligato apprehēſoq; ex alia parte ſæpius ſuper lapidem incuſſeris. Nota inchuſionem hanc non debere fieri maximo hiatu, ſed mediocri.
*¶ Qui nucleo perſici duraciny perfrui cupit, cuſpide cultelli pungat ac fodiat cōmiſſuram oßis, deinde perpēdiculariter ſenſimq; ambo demittat,

& casu illo diuidetur os.

**¶ Expertum est adeo simile gaudere simili, vt liræ fides dum pulsantur sonare aut moueri faciant alterius liræ fides proximè positæ, si simili temperamento consonantiæ sint, & illæ cõcinnatæ, quod euenit propter sympathiam quæ rebus omnibus inest.*

Vide Robertum Valturium libr. de re militari,

**¶ Si locum aliquem lancea inixus velis ascendere: duos ferreos annulos in eam mitte, qui laxè ferantur, vnicuiq; stapedam appensam ad apta mittendis pedibus idoneam. Quo facto, per lanceam manibus apprehẽsam ascendere pugna, vnũ pedem cum stapeda leua, qui facile sursum leuatur. At vero cũ infra niteris propter pondus nõ descendit, deinde pes alter eodem tenore succedat. Nam quanto facilius annuli sine põ*

dere ſurſum tolluntur: tanto durius grauitate preßi deſcendunt.

* ¶ Arborem facilius aſcendes tibijs tuis fune aliquo comprehenſis, ita laxe vt arboris truncum medium pedibus & fune amplectaris.

* ¶ Natura quæ nihil imperfectum præſertim in homine fecit, voluit et hominis ſiniſtra manu horologium ineſſe. Quod ſi ſcire cupis paucis accipe. Tẽpore veris quando maximi ſunt dies, terga tua ſoli oppone, manumq́ ſiniſtrã extende, ita vt palma in dextram partẽ ſpectet, inter pollicem & indicem in linea vitæ conſtitue ſtipulam rectã, ad indicis magnitudinem, quæ angulos rectos ex omni parte faciat. Et indicabit in capite indicis quintã horã, in ſummitate medij ſextã, in annularis ſeptimã, in

minimi.8.in eiusdẽ iũctura prima à capite indicabit horã nonam in media iunctura decimã, in vltima idest in radice minimi vndecimã, vlterius in vola manus, ĩ prima quæ occurrit lineaduodecimam. Rursús regredere ijsdem vestigijs, & in radice minimi signa primam. &c. Cæteris verò tem poribus aduerte quota hora Sol emergat, & illam horã in indicis summitate colloca, dictoq; ordine progredere. Semper autẽ ita debes sinistram moderare vt aspectes vmbram quã tuberculus pollicis per palmam manus extẽdit, nã manũ sensim debes vertere donec omnis illa vmbra ĩ linea vitæ consumatur. Quod si satis hæc nõ assequeris, crebra obseruatiõe doctus euades, si audito sæpe horologio cãpanæ in manu sinistra cùm stipula vel

ſtilo experimentum capias.

*¶ Horologiū parua impenſa ſic conficies. Vas aliquod accipe, cuius infima parte anguſtiſsimum foramen ſit, per quod effluat aqua. 24. horarum ſpacio. In ſublimitate vaſculi ſit rota verſatilis, cuius axis exaltera parte manū habeat cum extenſo indice. In rota verò filū alligetur in gyrū, & in ipſa fili extremitate quæ propēdet cortex, ſit et ſuper corticē plumbum & ambo in aquæ ſuperficie, ita vt cortex plumbū ſuſtineat, plumbū autem corticē impéllat aqua deficiente, & rotā euoluat, rota vero manū in aliqua tabulæ ſuperficie. Voluēte autem ſe manu notabis horas in cāpanæ horologio, & eo pacto ſemper procedes lineas ducendo in tua ſuperficie, ad cāpanæ ſonum, donec totū circulū

expleas. Nec circulum oportet in horas æquales diuidere, vt aliqui scripsere, id enim est falsum omnino, sed tantum ex cãpanæ præscripto omnes horæ semel sunt notandæ, vt semper ad manũ habeas verũ horologium.

¶ Horologiũ, quod mirè mouere possit spectatores, hoc pacto constitues. Fistulam teretẽ oblongam ex quauis materia constitue, sed præcipuè ex folio Flandri, quam replebis aqua, & in superiori parte corticẽ appone qui possit sustinere magnetẽ, in parte vero inferiore foramen paruulũ inerit quo sensim effluat aqua, eo pacto vt effluente aqua magnes super corticem descendat. Hanc fistulã cum aqua, cortice, & magnete abscõde vel in pariete vel tabula, eo pacto vt nullus videre possit, nec suspicari quidẽ

aliquid inesse absconditū. Cū fistula sic fuerit abscōdita, ë regione ipsius fistulæ in pariete describe horarū spacia, et ex papyracea charta manū cū indice extento effinge, cui insit frustulum chalybis seu acus, hæc manus descēdet per parietē designās horas, quia magnes qui occultè per aquam descēdit, trahit ferrū quod exterius in manu defertur. Ferrum autē melius erit magnete tactum.

* ¶ Horologiū paruo impendio sic facies. Constituæ longū vas fictile, in cuius infima parte foramen sit paruulū: intus autē erit virga quæ cum aqua descendat rectè, quæ horas ordine designatas habeat: has in vasis margine descendens cōmonstrabit.

*¶ Vt lineā meridianā in plano possis ducere. Infige rectū stylū paruum

qui ppēdiculariter in plano cadat, et ante meridiē quãdo tibi visum fuerit nota quo pertingat vmbra, extracto q́ stylo duc p illã partē circulũ, quo ducto, rursus infige stylũ, et post meridiē attēde quãdo caput styli tãgat circulũ (quemadmodũ ante meridiē) tunc spaciũ quod inter duo illa puncta est, æqualiter diuide: ab illaq́ diuisione ducta linea recta per cētrũ circuli dicitur meridiana.

*¶ Si surdo verba velis facere virgulã cauã haud secus capito, cuius extremũ vnũ dētibus mordicus teneat surdus, & alterũ labijs tuis tenens, verba facies. Eodē etiã pacto musica surdus fruetur, si instrumēti musici partē aliquã dētibus apprehēdat, aut si virgã quãtumuis lõgã mordicus ex vna pte apprehēdat ex altera instru

mento applicet.

*¶Experimento cõperi: quoties mihi frigescunt aures, plana manu cartilaginẽ auriculæ ita premo, vt foramen auditus cooperiat ipsa cartilago

*¶Pondus magnum adfixum medio baculo facilius portatur à duobus hominibus, si valde longus sit, quàm si esset breuior. Quia hoc refertur ad circulum, et in ipso circulo quæ plus à cẽtro distat lineæ, citius fertur quã illa quæ minus. Ex hoc patet quod plus mouet homo caput ambulando quam pedes.

Ioachi. Aristo. ĩ pb. mechanis. 29.

*¶Libella et cementarius, diuersa intendunt: vt patet in parietibus excelsis, considerãdo quod magis distant in parte alta, quam in infima.

¶Olla facile ad ignem feruet granis piperis integris in eam iniectis, post

feruorem aliquem, ſed nihil aqua ardẽte præſtantius. Nam caliditate & tenuitate quibus præſtat, penetrat, et liquefacit.

** ¶ Si nũmum aliquem in vacuũ vas immiſeris, eo pacto vt ipſum aſpicere nequeas, ĩmiſſa in vaſe aqua videbis, quia ſpecies illas nummidẽſitas aquæ oculis repræſentat propter craſsitiẽ qua caret aër. Iſta regula ſoluitur locus Põponij Melæ lib. 1. cap. 9. de inſula chenis, et lib. 3. ca. 2. de Antros, quæ ſecundũ hoc non natant nec mouentur, et patet eſſe verum quod ipſe Pomponius narrat.*

Ioachim ** ¶ Longiuſcula virga frangibilis ſuper duo vitrea vaſa poſita, ſi forti percutiatur ictu, vaſa nec mouentur, nec iacturam patiuntur, quia validus in medio ictus extrema ſurſũ*

ſolet extollere.

*¶ Lana mirũ in modũ attrahit ad ſe humorẽ, vnde ſi ĩ vas aqua plenũ ĩmiſeris laneã faſciolã, ita vt pars ipſius in aqua mergatur, pars vero extra vas depẽdeat, exhauriet totã aq; Ioachim

*¶ Vas aqua aut vino plenũ etiã vſq; ad ſummũ, cum aqua ſpherica ſit ſenſim, et lateraliter demiſſos recipit plures nũmos, quia aqua ſuperne circumfertur. Et cõducet ad hoc labra vaſculi cera perlinire. Quod ſi loco vnius nũmi addideris guttulã aquæ quantumlibet ſenſim fundetur aqua. Iſta regula prouari poteſt: quod vas plus liquoris capiat, in partibus infimis, quam in excelſis.

*¶ Cernũtur ſtellæ cũ ſole omnibus diebus, plerũq; præ altis puteis. Idẽ efficies ſpeculo ĩmerſo ſub aqua: illæ Plini. li. 14. ca. 2.

tñ stellæ nõ sunt, sed ipse Sol cuius iterũ effigies in aqua repræsentatur Vide Aristo.3.Metheor,cap.secundum & sextum.

*¶ *Si saccharum in lac indatur, nec coagulatur, nec butyrũ fieri patitur.*

*¶ *Lac probabis an aquã habeat iũco acuto immisso, & extracto, lacte q; ad vnguem instillato, si enim cito ab ipso defluxerit, aquã immixtam habet. Si verò permãserit in vngue, integrum existere iudicato.*

*¶ *Sulphur tantã vim habet metalla consumendi: quod si internodium sulphuris ad iunxeris portione chalybis igniti eum liquæscit.*

*¶ *Mulier concipiens masculũ dextrã mãmillam habet duriorẽ masculi enim cõcipiuntur in dextro latere matris. Ergo tunc, menstrũ fluit ad*

dextram

dextrā mãmillā ipſam indurando.

*¶ *Mulier menſtruis purgationibus laborans, cucumerum plantas, & loca in quibus conſiti ſunt ne accedat. Marceſcit enim fructus, & quæ naſcuntur amara euadent.* Dio. lib. 12. ca. 20 & Pli. lib 7. ca. 15.

*¶ *Vitrū in gyrū, à ſummo ad imū, circulariter ſecari poteſt, labro prius vaſis carbone aliquo incenſo tacto, et ſaliua poſtea intincto, deinde qua vitrum ſciſſuram aliquā oſtendit, incipienda ſectio eſt ferro ardēte mucronato, aut palmite incēſo qua parte veˈlis ſecare procedendo. Quod ſi poſtea cōſolidare cupis lege ca. 7. huius libri*

*¶ *Vitrum facilius ſcinditur, forfice ſub aquam quàm in aëre.*

*¶ *Argentū viuum, vitreo vaſe vel lapideo iuxta ignem incluſum, ſi non poſsit reſpirare, non ſecus ac pyrius* Gaudentius.

puluis, vas disrumpit, propter nimiã exhalationem, vnde immisso vase in feruẽtem aquam motum agitat, inde admiratio causam ignorantibus.

Ioachim *¶ Argẽtum viuum coagulatur succo limonij, aut saliua motitatum. Quod si disgregare postea velis, in aceto illud elixato.*

¶ Clauum ferreum ceræ modo quaqua versus flectes, si caput & aciẽ tenui lino ita circumuoluas, vt commodè vtraq; manu possit cõprehendi

¶ Si cursus solis à bruma ad solstitium scias perpendere, nõ mirum videbitur quod semina mali aurangij intus, nunc hoc, nunc illo modo sint disposita, nam ad solis cursum annuũ vertuntur, quenadmodum multæ flores ad cursum diurnum, vt heliotropium, illudq; de malo aurãgio verius

perſpicitur in ipſa arbore, nō enim parum refert quo tēpore ſit ab arbore reciſa mala. Vertuntur etiā folia olearū, et populi albæ, ipſo ſolſtitij die. Quanti ſit ignis cōmodi inter ea quæ natura in vſus hominum excogitauit, haud facile dixerim, Philoſophorum hic labor eſt, nos autē qui tenuiora ſectamur, ſi quid in hac parte experimēti exquiſiuimus, expediamus. Quoniam igitur ad ignē excutiendū nō ſemper nobis adſunt quæ cōmuniter requiruntur inſtrumēta, aliquid induſtriæ ad id peragēdū apponamus. Vide Pli lib. 2. ca. 41. & Gelliū li. 9. ca. 7.

* ¶ Facile ignem concipiunt mutuo attritu Cycuta, Morus, Laurus, ſed nihil hedera præſtantius.

* ¶ Etiam ignes eliciuntur, ſi vitriā amphoram aqua plenam in radios ſolis expoſueris.

*¶ Eadem ratione ignis in cauis speculis chrystallinis accenditur, quoniã in paruum spacium radij plurimi coëunt, non tamen accendunt nisi in cono vbi omnium simul radiorum fit concursus.

*¶ Papyrus super prunas, si oleũ habeat intus, non ardet, agit enim ignis in humorem non in papyrum, nec tamen potest apprehendere oleum vt consumat. Idem occurrit de filo circumligato ouo.

Cardanus.

*¶ Si ex alumine plumæ licinia fiat perpetuo oleum consumitur, ipsa autem manet,

Gaudentius.

* ¶ Sulphur valde purum cum cera æqualiter dissolutum ignẽ reddit inextinguibilem, si ex ea formabis lucernam.

Gaudentius.

* ¶ Candelã quæ in aqua ardet hoc modo

modo facies, in amphora superius stricta et inferius lata pones sextarium vini veteris, cui addes vncias duas vtriusq; sulphuris, hoc ē viui et mortui, & tantundem aluminis, & salis crassi tātundem: decoquantur simul donec pars tertia consumatur. Hoc liquore illita cādela ardebit in aqua. Quod si capillum vel pannum aspergas, apposita flamma ardebit sine detrimento. Idem efficies aqua vitæ.

*¶ Ignem aqua non extinguibilem sic efformabis, terebentinam liquefacies simul cum sulphure, & aqua vitæ et oleo sulphuris viui. Omnia, hæc mista, illita candela sine detrimento ardebunt.

*¶ Si lucernæ non longè positæ apponatur matula aquæ plena, recto radio lucē reddit in fundo vasis, adeò

Vt poſis legere chartam.

*¶ *Lentiſci radix vetus, ait lignum ſalignum ita ex ſe lumen emittit in tenebris, vt candelæ vicem præſtet, ad videndum res propinquas.*

*¶ *Pedis menſuram ſumes ex filo, qui ab agili manus incipiat, qua brachio manus committitur, & digitum medium à radice circundet, redeatq; ad eundẽ, vnde digreſſum eſt locum.*

*¶ *Colli menſuram oſtendit, filum duplex brachio circumductum, in ea parte qua manus cõiungitur brachiũ.*

*¶ *Haſta percuſſa ex vno extremo* Proble. 78. Mar. Ant. Zimaræ. *facilius peruenit ſonus ad aurem alicuius, in alio extremo directè conſtituti, quàm ad aurem alterius magis propinqui, quia in ligno meatus quidàm oblõgi ſunt per directum extenſi & aëre replentur; illi autẽ ex trãſ*

verſo

uerſo, aut à latere nõ progrediũtur.

** ¶ Lanceam quantum vis lõgam poteris metiri, ſi portiunculam tantum vltimã videas, hoc pacto. Apprehẽde manu partem illam quæ apparet, et in aliqua tabella rade cum lanceæ mucrone, ita vt pars aliqua circuli ſignetur. Tum ex illo circuli particula poteris centrum circuli indagare. Idem inuenies in noſtra Arithmetica, libro. 2. parte. 2. cap. 14.* Euclidis. li. 3. pro. 24.

** ¶ Turris altitudinem poteris dimetiri per vmbrã, ſi habita proportione ꝑculum feceris in aliqua paruula re. Verbigratia. Infige terræ cubitalem virgam, cuius vmbra ſi fuerit æqualis, idẽ erit in turri, ſi dupla erit vmbra, idem de turri iudicato. Sumpta eſt ex libro & loco ſupra dicto.*

** ¶ Sit linea cubitalis, altera bicu-*

bitalis: si ex his separatim fiāt circuli duo, maior minorem superat, nō dupla proportione (vt prima frōte apparet) sed quadrupla. Exēpli gratia Si circulus ex cubitali linea decē trūcos amplectitur, circulus ex bicubitali, nō viginti, sed quadraginta capiet eiusdem magnitudinis. Ex dialogis libri primi Arithmetices nostræ.

** ¶ Aurum plus pensat sub aquam, quam in aëre.*

** ¶ A. Accipe tibi secretò numerum quem libuerit. B. Accepi. A. Totidem tibi dat Cicero. B. Accipio. A. Ego tibi do decem. B. Placet. A. Iūge omnes numeros. B. Iunxi. A. Dimidium diuide pauperibus. B. Diuisi. A. Redde suum Ciceroni. B. Reddidi. A. Remanent tibi quinq;. B. Ita est, sed qua ratione istud intellige*

re

re potuisti? A. Quia seruato semper hoc ordine dimidium promissi mei remanebit. Ex hoc quod reliqum intellexeris, poteris vsq; ad quadrantē distribuere. Ex eodem libro.

*¶ A. Tria tantum si rogauero, dicam quod acceperis numeros. B Accepi iā. A. Ex ime existis ternarius omnes, num restat aliquid? B. Duo. A. bene est. Rursus ex toto numero extrahe omnes, quinarios, & dic an aliquid remanserit. B. Duo etiam supersunt. A. vltimò tandem deme ex toto numero septenarios, nunquid restat? B. Tres tantum. A. Decem & septem accepisti. B. Quo pacto istud fit? A. Dicam. In prima interrogatione pro qualibet vnitate septuaginta mihi seruo: in secunda, vnum & viginti, in tertia, quindecim. In tuo

autem exemplo inueni. 227. Regula verò generalis est, vt omnes numeri centenarij (si fuerint) expellantur atque adeò cum quolibet centenario quinarius vnus. Iam igitur ex. 227. demptis duobus centenarijs, & duobus quinarijs, remanserint. 17. Hæc tamen vera sumpto si numerus intra centum constiterit. Sit aliud exemplum. Quidam sumpsit triginta, demptis ternarijs, nihil superat, demptis quinarijs, nihil etiam (In his igitur nihil sumendum) Demptis verò septenarijs supersunt duo, bis igitur quindecim accipiam, & hic est numerus.
B. At verò dic mihi si numerum accepero, vnde nihil quicquam extrahi poterit, quid fiet? A. si duo accipis, semper respondebis duo super esse, si vnum, vnum. Regula igitur generalis

lis non fallet. Ex eodem libro.

* ¶ A. Siquis secretò multiplicet numerum quenuis per numeros alios plures aut pautiores, & vltimam illam multiplicationem partiretur per numerum primò acceptum, quantum ad partitionem perueniret? B. Hoc mihi hactenus est inauditũ. A. Aduerte igitur. In quocunque numero, per alios multiplicato (si vltima multiplicatio per numerum prius acceptum fuerit diuisa) partitio erit æqualis numerorum multiplicationi, per quos hic numerus fuit multiplicatus qui primò fuit acceptus. Exemplum 6. in duo multiplica, fiũt. 12. rursum duodecim in quinque multiplica fiũt 60. iã igitur. 60. si partiaris per numerum prius acceptum sex, partitioni decem obuenient. Hoc enim est

æquale

æquale, ac si duo per quinque multiplicaueris. Hi quippe numeri sunt quibus primo sex multiplicasti. Ex eodem libro.

¶Vt è tribus libris, vel alijs tribus rebus poßis diuinare quẽ quisque absconderit singe tibi aliquem librorum esse primum, alium medium, alium vltimum. Tum in mensa constitue. 24. calculos, ex quibus vnum dabis alicui astantium, alij duos, alij tres: & hi sunt qui libros debent abscondere, Cùm igitur seorsum vnusquisque, & absconditè occultauerit libros iube vt qui habuerit, Homerũ (quẽ in mente iudicasti primum) totidem calculos ex mensa recipiat, quod tu ei dedisti. Quo facto, iube vt qui habuerit Virgiliũ (quem medium fecisti) bis totidẽ calculos accipiat, quod

ei reliquisti. Postremò qui habet Terentium (quem vltimum facies) totidẽ quater accipiat. Hæc omnia fiunt te absente, aut saltim non vidente. Postea accede ad mensã, inspice quot calculi remanserint, qui vltra septẽ non remanebunt. Tunc vtere his dictionibus secretò:

¶ Camelis certabit aries, facient prælia impares ridenda.

¶ In his dictiõibus sunt tres vocales quarum, a primum significat. e. medium. i. vltimum. Si igitur calculus vnus remanebit, accipe primã dictionem Camelis, & pete Homerum, ab illo cui reliquisti calculum vnum, et Virgilium ab eo cui duos, & Terentium ab eo cui tres. Si duo calculi remanserint, est secunda dictio certabit, pete Virgilium, ab eo cui vnum.

dedisti: Homerum ab eo cui duos. Terentium ab eo cui tres calculos primum dedisti &c. Ex eodē libro.

¶ A. Diuina quot sint in hoc aceruo calculi. B. Quindecim. A. Quo pacto id diuinasti? B. Quia hi calculi numerati fuerant á te dupla semper proportiōe, hoc modo. Vnus, duo, quatuor, octo, sexdecim. Et quia plures quam octo, minusq́ quam. 30. mihi visi sunt, dixit. 15. A. cur non potius. 16? Quia in progreßionum duplarum enumeratione, ex duplo vltimæ extrahimus primum numerum vt summa constet. Idem fecissem si numerus à duob9, vel tribus calculis incepisset: tollerē enim duos, vel tres è toto numero. Ex eodem libro.

** ¶ Accipe tibi secretò quot nummos volueris ex illis qui viginti con*

stant

ſtãt quadrãtibus. B. Accepi. A Pro quolibet nummo ſuſcipe totidem aſ-ſes quot nummos accepiſti. B. Pro-gredere. A. Eme tibi libros, vnum quenq; eo pretio, quod ſimul omnes illi aſſes conficiunt, et diuinabo quot libros emeris, etiam ſi nihil amplius interrogem. B. Mira narras, iã emi. A. Emiſti quĩq; libros? Quia quin-q; aſſes viginti ſummant. Et hæc ra-tio eſt in qualibet moneta, ſi partia-ris per illos quadrãtes quamlibet ma-iorem monetam, nam poſſem etiam dicere, pro quolibet viginario nume-ro accipe quinq; quadrãtes, & emiſ-ſes quatuor libros, nam quater quin-q; viginti complent. Ex eodem dia-logo.

SPE

SPECIALES QVAEDAM *animalium vires.*

Caput 2.

NVllũ animal omnino eſt, quod in parte aliqua ſui corporis non habeat aliquid præter cætera cõtemplatione dignum, ſiue cõmodum, ſiue venenoſum.

¶ Oĩa igitur animalia ſic diuidimus, vt alia natantia, reptilia alia, alia volatilia, alia quadrupedia dicamus, Hæc inter homo, qui locum tenet quintũ, cæteris omnibus dominatur ac præſtat. Animãtium Geneſis aut fit per maris & fœminæ coitum, aut

ex ſola

ex sola elemẽtorũ corruptione. Prioris generis sunt, bos, elephas, & similia. Posterioris, vermes, anguilla rana, & similia. Ex his porrò cunctis quædam semel nascuntur, vt homo, bos. Quædã bis, quo in genere sunt quæ ex ouis generantur, vt gallus, lacerta: Quædam ter, vt papiliones. Item nascẽtium omnium, quidã nascitur viuus, vt homo, bos: quidam mortuus, vt vrsus: quidam infustrũ carnis, vt leo.

¶ Si iuuencum naribus et ore obstructis, fuste percusum occideris, & in vmbra ramis coopertum posueris, apum examina nascentur eximia. Virgilio 4. Geor.

¶ Si brachia demas cãcro, & corpus terræ mandaueris, exibit scorpius. Ouidio. meth. 15

¶ Ex equis nascuntur crabrones, sicut ex asino vespe. Ouidio. meta. 15

Aristo.libro. 6.c. 37.de isto.ani.

¶ *Murium generatio lambendo constare nō coitu, aiunt: & salis gustatu fieri prægnantes opinatur.*

¶ *Luporum oculi, si prius hominem viderint, stupentem & raucum reddunt, ita vt vocis ministerio, si clamare voluerit, destituatur. Quia lupus voracißimus est, et semel tantum cibi sumit, quantum tribus diebus sufficiat, cumq́ os aperit aërem proximum inficit humore illo indigesto, & crasso. In fectus autem aër alium inficit, donec ad hominem perueniat qui etiam infectus obstùpescit, sicut Basiliscus, qui emittet humores venenosos oculis, homines inficientes.*

Gaudē.

¶ *Lupum aiunt maxime lapides extimescere. Quare si quando per lapidosa loca cogatur ire, suspenso ideffi cit gradu. Læsus enim vel minimo*

lapidis ictu, nocentes & lethales gignit vermes. Ideo cōplodentem lapidibus viatorem fugit.

¶ *Echeneis (quam latini a remorandis nauibus dixere remoram) solo tactu fertur nauim sistere.* Roelius. lib. 1. ca. 22.

¶ *Vulpes insidiosa, astuta, calida est, serpenti amicè conuiuit, ambæ enim cauernis gaudent. Et propter lupos latebris suis scyllas apponunt. Nam lupum scyllæ contactum fugere procomperto habent.* Arist. li. 9. ca. 1. de ani.

¶ *Elephas lenis euadit arietis conspectu. Exhorrescit autem porcelli recens nati grunnitum, & culicis cōspectum, & muris odorem. Omnia denique formidat quæ proboscidis eius cō cauitatem possunt ingredi.* Roelius. li. 1. c. 22.

¶ *Leo calcatis ilicis frondibus stupescit: apertis occulis dormit, clausisque* Roelius. li. 1. c. 21. Arist. li. 9 ca. 1.

vigilat (habet enī palpebras breues). Timet gallum, eiusq́ cantum, visumq́ fugit.

¶ Iumentum quo maiore sub onere præmitur, eo ꝓperātius viā capeſsit vt facilius, et citius ſe ſubducat oneri.

** ¶ Si colurna pertica arietinū cornu, aut aliud quod vis (ſerræ modo) confricueris: illud minimo negotio ſecueris. Quoniam inter eos eſt quædā proprietas occulta.*

¶ Arietes ita pertimeſcit ceruus, vt eorū cōſpectū non ſoſtinens aufugiat.

¶ Cerui ſerpentibus infeſti, earumq́ ſpiritu extrahunt etiam renitentes, & eis veſcuntur. Hinc præſentaneū remedium abigendis ſerpentibus habetur cerui in cornu nidor.

¶ Leporem maſculum, eundemq́ fœminam fieri experientia deprehen-

dimus

dimus. Nam qui masculus erat, idem mox vt fœmina parit, pariut non cæcos. Quia habent occulos præheminẽtes, & palpebras breues, & sic cum difficultate clauduntur: ideo apertis oculis dormiunt.

* ¶ *Talpa, nec videt nec perspicuos habet oculos, sub terra perpetuò habitat, Adeô verò odit aërem, vt si cogatur in lucem egredi, breuißimo temporis spatio exanimetur.* Arist. li. 6. de animali.

¶ *Crocodilus, vbi hominem occidit deflet, mox dilaniat. Vnde est adagiũ Crocodili lachrima, in eos dicitur qui se simulant grauiter angi calamitate cuiuspiam, cui perniciem attulerint ipsi. Sexagenis diebus oua sexaginta parit, totidemq́ diebus fouet: tot annos, præterea dicitur viuere, & dentes eodem numero habere: totidẽ die-* Gaudentius.

bus in ſeceſſu quieſcere.

Gaudé. ¶*Noctuæ laboranti auibus infeſtā-tibus amico collegio quodam naturæ auxiliatur accipiter.*

Cardanus.li.6. de ſubti. * ¶*Muſtellæ allio dentibus tentato, in poſterum mordere vix audent, cicuriſq; hoc modo fiunt.*

Gaudé. Medu. ¶*Paſſer accipitrē fugiēs, ad noctuā ſidatur occaſio ſe recipit, apud quam tamen æquè laborat.*

*¶*Feles ſi catulos apertis oculis pariant, catuli poſtea cæci euadunt.*

¶*Teſtudo cum ſerpentibus pugnatura, origano ſe munit. Nam teſtudo à ſerpentium eſu, ægrotat, ſi verò origanum ſuper ingreſſerit, conualebit idem facit muſtella Eringine cum pugna gerit colubra, aut cum vipera.*

*¶*Chamæleon, ſolus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm*

aëris

aëris alimẽto (quãuis eũ cibo ali ſed per interualla, dicũt aliqui) Mutat ſe quẽcumq; colorẽ proximè attingit præter rubrũ, candidumq; ſicut adulatores. Circa caprificos habitat prope ſemp, et tunc maximè venenoſus.

¶ Sues ſurſum ſpectãtes, ſilent cùm baiulantur. Cauſa eſt: quia ſupra cœtera bruta ad humum ſemper vergũt Fœtore enim delectantur, eum que requirunt. Ergo in repentina illa aſpectus mutatione, veluti peregrinæ ſunt atq; hoſpites, plurimoq; lumine attonitæ ſilentium preferunt. Gaudẽ.

¶ Aries non incurrit, nec impetit, ſi cornua prope auriculas perforaueris. Dyoniſius.

¶ Hirco ſi barbam præcideris, non aufugiet. Dyoniſus. li. 11. ca. 36. & 24. ca. 8.

*¶ Apib9, vel muſcis humore exanimatis, ſi cinere condãtur, reddit vita

Lucianus in muſcæ laude, et Plinius

Ariſt. de animali. * ¶ *Si ſepelias ſcarabæum in roſis, morietur, & in ſtercore viuificatur.*

¶ *Equus à lupo demorſus, melior ac velocior euadet.*

¶ *Si equus caudam fricauerit, fac vt eius genitale mundetur.*

Ioachi. * ¶ *Si equus alliũ comederit, ferociſſimum fore aiunt. Quim & viatores eo veſcuntur, quod animoſos reddat eos. Eodem alimento perdices & gallinaceos pugnatiores fieri putant.*

Cardanus. * ¶ *Oues à Lupo occiſæ iucundiores habent carnes. Idem etiam euenit in perdicibus, coturnicibus, phaſianis ab accipitre occiſis, quia propter metũ ingentem hoſtis, fugit ſanguis ex mẽbris omnibus ad cor, remanetq́ purior & macerata caro.*

* ¶ *Si incubante gallina tonuit, oua*

pere

pereunt. Accipitris audita voce etiã viciãtur, propter maximum frigus, Ariſtot.
quod ex metu prouenit. Quæ verò li. 6. ca. 2.
ante noui lunium ſuppoſita ſunt oua corrumpuntur, quia ſunt diminuta deficiẽte lunari virtute, quemadmodum & conchylia.

* ¶ Apponens alicui animali in auricula calculũ quodlibet, & apprehẽdẽdo auriculã ſimul cum calculo, qui intus erit, quietum reddes, & quocũ q; voles, feres.

REMEDIA CONTRA ANImalia nociua.

Caput. 3.

SVNT animalcula quedam ita vitæ humanæ infeſta, aut faſtidita vt neceſſe ſit aduerſus ea remedium

petãmus, si liberius viuere volumus Sunt porrò alia quibus valde gaudemus, aut propter visus delectationẽ & auditus, aut propter commodum quod ex eis speramus. Prioris generis sunt muscæ, culices, pediculi, scorpiones, & serpentes Secũdi, auiculæ & piscis. Dabimus igitur præcepta quomodo à maleficis liberẽmur, & desideratis non careamus.

Carda. *¶ Muscæ non lædunt equũ, si equi pilos intingeris succo foliorũ cucurbitæ. Reticulis è filo arcetur musca, timet enim alas implicare. Quæ ratio etiã culicibus arcẽdis obseruãda erit*

**¶ Spongia aceto imbuta, si ex fastigio domus suspendatur, omnes culices illic congregabit.*

Culume. li.9.ca.8. **¶ Si examina apum in mõtibus vis inuenire, abi ad riuulos vel lacunas,*

vbi

vbi apes inuenies bibētes, ex his quatuor aut quinq; immitte in fistulam aliquam, vnamq; dimitte liberam, hanc sequere volantem, quod si illam perdideris ante quam ad suum cauū perueniat, demitte aliam, quam item sequere volantem, de inde aliam, donec aliquam videas in cauum se recipientem, nam omnes versus domum suam volatus dirigunt.

*¶ Examen apum ex aliqua arboris cauitate, citra vllū arboris detrimētum, sic excipies. Fistulam ex canna alia ve materia comodè fabre factā accipito, tantæ capacitatis vt vni api ingresum facilem præbeat, atq; in altera eius parte setas aliquot equinas vno, vel duobus digitis longas circū ligato, alteram verò parte foramini qua examen egrediatur, admoueto,

cura-

curatoq́ ne per aliam partem quam per fiſtulam apes exire queant. Sic enim exeuntes ſigilatim apes, eo vnde egreſſæ fuerant redire non potuerunt, impediente ſcilicet greſſum ſetarum aſperitate. Longe tamen melius erit, aliquid in foramine ponere leue quod exeunte apicula aperiatur post quam verò exierit, claudatur.

Ariſt. li. 8. ca. 4. Pli. li. 10. ca. 72. *¶ Serpẽtes vini in cõtinentes ſunt proinde viperas aliqui vino infictilibus ad ſepes diſpoſito venãtur, ebriæ enim capiuntur.*

¶ Potio ſucci acanthi ſancti prodeſt, contra omnia venena.

¶ Serpentes in regione non erunt, ſi abſinthium, aut artemiſiam, aut abrotonũ circa prediũ ac villã plãtaueris

Carda. *¶ Succo radiculæ ſeu raphani, perunctis manibus diligenter, tutò tractare ſer*

re serpentes posse aiunt.

* ¶ Formicæ origani sulphurisq; pulvisculo inspersso, suas relinquũ cavernas, alioq; migrant. Odiosa est eis herba quam hispanè dicimus Heliotropio menor.

¶ Calcem viuam cribrato, & postquàm locum verreris inspergito, indeq; necabuntur pulices. Gaudentius.

¶ Sublecto paruulã scrobẽ facito, & in ipsam sanguinẽ caprinum mittito, congregabit quæ pulices isthic & ex alijs vestibus ad se illiciet ac vocabit Gaudentius.

¶ Pingue erinacei si per dies nouem ad solem posueris, cimices omnes in se cõgregare aiunt. Thimus odiosus est eis. Gaudẽ.

¶ Ad enecãdos pediculos: Recipe vnciam & semis saponis nigri, & drachmam sulphuris, & totidẽ abarraz

quæ

quæ & sagra dicitur, qua mixtura vnge loca pediculosa in vestibus.

Carda. *¶ *Argentum viuum mixtum cum butyro, aut sapone nigro, aut malo tosto, pediculos & lendes, puleces, muscas, insectaq́ omnia perimit.*

Dio. lib. 13. ca. 20 *¶ Mures necabis: si cinerem quercinum cauernæ apposueris, incinerati scabie infestantur. Si ferri limaturā. fermento immixto deposueris vbi abundant, ea gustata morientur. Ad idem Appone eis ramenta corticis suberni frixa liquamine suina salsa, vel caseum mixtum gypso, & aquā ad bibendū & ea gustata morientur*

¶ Mandando allia, vel sorbendo acetum, herudo remouetur.

Dyoni. Vticen. *¶ Contra mustellas, salem ammoniacum & frumentum simul cōmacerato, & hæc iuxta locū vbi freqūeter*

discu-

discurrunt, disseminato. His comestis morientur. Siquis capta vna ex ipsis, caudā aut testiculos ei amputet viuentē'q; dimittat, de cætero nō amplius ipsas repertū iri in illa regione

*¶ Graculos fugabis, si vnū captum suspēderis: reliqui enī eo viso fugiēt, laqueos putantes eis in esse partibus Dyoni.

¶ Occidit vespertiliones hedera suffumigata, et in loco vbi platani folia sint, vespertiliones non ingrediuntur. Vnde quidam dicunt, ciconiam folia platani nidis imponere, propter vespertilionis. Gaudē. & Pli. li. 24. ca. 8. Rueli. li. 1. ca. 22.

*¶ Coruos facile venaberis, si panē in vino salito obieceris. Dio. li. 14. ca. 12.

¶ Auiculæ si edāt grana, quæ vel in fæce vini cum cicutæ succo sint madefacta, vel in aqua vitæ, vel etiā in fæce sola pōtētioris vini, vel, cum felle

anti

antiqui bouis, attonitæ reduntur.

*¶Si panis bucceã in viscato sparto infixeris, passeres (si modo aderũt) facile capies.

¶Noctua, & otus capiuntur intenti in altero, altero venatore circumeunte saltando.* Arist. li. 8. de animal. c. 12

¶Si quis auenam in acri aceto coctã in loco vbi cuniculi sunt insperserit: innumeri congregabuntur.

¶Lepores herbas aqua salita inspersas mirificè amant.

¶Ad aucupiũ miluorũ, capti vnius oculos aut erue, aut in sue. Huius pedes paxillo trãsuerso in quo laqueos pendentes ligaueris, colligato, inde vbi miluorũ copiam esse cõspexeris, emitte eum: quẽ volantẽ adoriuntur cæteri, atque dũ è pedibus eius quam suspicãtur prædam, tentant eripere

ipsi laqueis eorũ irretiti præda fiunt

*¶ Nunc ad aquatilia transeamus. Ventrem arietinum accipito, eumq́ vndiq́ sarmentis copiosè circcumdatum, & omni ex parte vinctum, in aquam per funẽ demitito, & per temporis interualla rursum extrahito, & inuenies aliquando anguillas in eo. Aliter, Cape longũ & tenue filũ, Ioachi. huic insere lũbricos multos maceratos in aqua mulsa, vt filum obcultetur: id conuolutũ atq́ adfixũ longæ virgæ, esca erit ad capiẽdas ãguillas. Nam in curui dentes piscium vermibus haustis filo adhærescent.

*¶ Omnis esca ad capiẽdos pisces (vt multi dicunt) quatuor debet habere. Primum, vt sit satis odorosa: nã procul allicit eos, qualia sunt anisum panacis succus, & omnibus melius ci-

minum, Sit iocũdi saporis, talia sunt sanguis præsertim suillus, caseus, panis, triticeus, papiliones. Sit caput feriens, vt aqua ardens, fex vini. Sit demum veneficium, quod attonitos reddat eos, ex quo genere, verbascũ herba, coca, tithymali species (quam neca gallinam Hispanè dicimus) & similia.

Aris.li. 8 ca.20.

¶ *Adidem. R. fermenti, vini albi optimi, caseij veteris Seui, Macropiperis, anas partẽ vnã, quæ omnia rectè miscebis, et importiones ad ijcies eijs*

Eras. in collo. de venatione, et Ioachi. Fortius,

¶ *Si summos iugladium cortices virentes, & confractos in aquam è puteo haustam immiseris, eoq; liquore perfundas solum, confestim lumbricorũ ingens prodibit copia. Idẽ euenit si pede paulisper terram contundas.*

DE

DE CON-
CORDIA ET DIS-
cordia quarundam plantarum.
Caput. 4.

Concordia & discordia à corde etymologyã accipiũt quo magis admirabilis dicetur natura, quæ etiam in plantis, quæ vita sensitiua carent, cõcordiam & discordiam voluerit inesse: nec minus odium inter plantas, quasdam ingenerauerit, quam illud quod inter lupos et agnos obtigit. Et nos igitur hanc partem non dimittemus intactam.

¶ Quercus et olea tam pertinaci odio dessidẽt, vt altera in alterius scrobe Pli.li.24 ca.1.

depactæ moriatur.

Rueli. li. 1. ca. 22. *¶ Quercus verò & iuxta nucem iu glandem, pernitiosa est.*

Dio. lib, 12. ca. 17 & Roe. li. 1. c. 22. *¶ Vitis et braßica inimicitias inter se habent. Profectò si quando braßica in aruis appropinquauerit viti, aut statim tabescit, aut sarmentum vitis tabefacit. ¶ Similiter si quid brasicæ dū coquitur, vinum vel parcißimè instillet, neq; coquitur de cætero, & color eius corrumpetur.*

Dion. li. 10. ca. 29. *¶ Dionysius Vticensis ex Democriti sententia: punicam et myrthum in uicem gaudere ait, & ex propinquo simul plantas fructu abundare, et radices mutuo implicare, etiam si non valde vicinæ existant.*

Dion. li. 12. ca. 8. *¶ Si vero iuxta myrthum plantētur rosæ, ambæ florentes fient, & generosißimum fructum ferent.*

Hede-

¶ *Hedera inimica eſt arbori, ſatiſq́; omnibꝰ, arbores enī necat amplexu.* Plini. li. 16. ca.34

¶ *Omnia olera, vt Fronto atteſtatur in vniuerſum iuuantur, ſi eruca iuxta ipſa conſeratur. Eruca enim maximi caloris eſt.* Fronto.

DE FRVCTIBVS ET EORUM CONSERUATIONE.

Caput. 5.

I*N fructibus quoq́;, ne in aliqua parte deſit naturæ miracula, multa ſunt experimēta, è multis pauca accipe. Duæ fructuū̃ ſpecies ſunt induſtriales, que ſine hominū induſtria nō pro*

proueniunt, quod genus vinum, frumẽta, legumina. Et naturales, qui natura sua ac sine cultoris ope nascũtur vt mala, pyra, cerasa, nuces, et similia

¶ Vt fructus habeas præcoces, irriga sæpe calida aqua, soli expone, stercore columbino equinoq́; foue, & inutiles ramos sensim ac inutilia quæq́; præcide.

¶ Si serotinos velis, contraria ratione ages in vmbra, & multis operta folis sinito.

¶ Paxillus ex quocũq́; ligno madefactus melle vel oleo, & in coronula ficus fixus, præcoces ficus reddet.

¶ Vt poßis inscribere quæcumq́; volueris in fructibus, maioribus, præcipuè, nucleoq́; carentibus, vt sunt mala, pyra, cotonea, punica, cucumeres, cucurbitæ: finge in ligno, magnitudine

ne

ne fructus, perfecti: huic circumpone gypsum aqua dissolutum crassitudine digiti minimi, bifariam diuisum. Siccam hãc figuram (celeriter enim siccatur) auferes à ligno, id facile fiet si prius ligno oleum illinìueris. Detractam hãc formam cauam è gypso, bifariamq; diuisam fructui crescenti, qui paulo plus dimidio suæ magnitudinis adeptus fuerit, arctissime circumligato dimittitóq;, donec fructus ad iustam peruenerit magnitudinem Habebis fructũ forma ea, qua lignũ dedolatum erat. Idem experimẽtum sed longè diuersa ratione, in vtroq; raparum genere & raphano licet experiri. Has igitur radices gladio formatas, sepelies rursus in terra, donec obduxerint cicatricẽ. Sic ex brionia vel radice cannarum faciunt im-

postores et circumforanei mãdragoram, fictis modo maris, modo fœminæ genitalibus, additis etiam capillis satis hordei granis, iuxta radicis caput sic vt plantæ inserantur.

*¶*Vt vuæ nascantur, acinis inter se inuicẽ coëuntibus. Immitito vuæ racemum, cum primum se in florem induent in vitreũ vas: atq; inibi per dies aliquot tantisper dum acini inter se coalescũt, esse sinito, deinde vas contundito, vt racemi ad maturitatem adolescant.*

Fuchsi9. c.202. histor. her

*¶*Vitem, quæ racemum ferat diuerse coloris, habentem acinos, hoc modo instruas. Accipe duo sarmenta diuersi generis, eaq; finde per mediũ, cum animaduersione ne in oculos scissura perueniat, neq; quicquam demedula excidat: atq; ita alteri alterum ad iũ*

gere

gere oportet, vt oculi eo incidant, et quantum poßibilè est se mutuò contingant, & duo oculi quasi vnus fiat postea verò inserere oportet in illo genere (quod Hispane de espiguilla dicimus.

* ¶ Vt flores diuersi coloris in horto ex vno caule producas, immitte in anserino osse ex femore semina multarum herbarum, immista simul terra, ac defodito, ita vt per os ipsum pullulent germina. Dion. li. 4. ca. 13.

* ¶ Per totum annum durat vua, si dum adhuc paulum asperior est, collectam aqua calida à lumẽ siue mel immixtum habente rigaueris, statimq; inde extraxeris. Etiam hoc conuenit malis, pyræ punicæ.

¶ Mala punica & cotonea, tum alia multa eius generis seruantur, vel

gypso illita vel creta. Alij antequam omnino ad perfectam veniant maturitatem, imponunt ea hærentia arbori fectilibus vasis, vt vasa ex arbore pendeant, diligenterq́; alligant vasis os cum ramo arboris, nec aër ingredi poßit sicq́; sinunt.

** ¶ Mali punici diu incolumes seruātur, Si soli exponātur, ita vt mali corium quod eius cortex est, siccitatem contrahat: qua contracta aqua feruēti immergito, statimquè educito & vsui expone.*

Dio. lib. 10. ca. 10

** ¶ Citria in hordeum occultata & obruta, non putrescunt.*

** ¶ Pruna (quas endrinas vocamus) in paleis hordei canterini (centeno vocant Hispani) optimè seruantur.*

** ¶ Si diutius allium, cepamq́; inueterari libeat, aqua salsa tepida capita*

intin

intingenda ſunt. Ita diuturniora fiũt meliorað; eſui, ſed in ſatu ſterilia. Pli.li.19. ca,6.

*¶ Ceraſa acria ſoli exponũt ut diutius perdurent, quod rectius eſt ſi in ſua arbore marceſcãt, & brumæ tẽpore gallinæ elixæ infarta obſonia grata prebẽt. Nã ceraſa ipſa et ſaporẽ & formã preſtinã naciſcuntur.

¶ Si velis allia dulciora eſſe, contuſa hæc planta. Pli.li.19. ca.6. & Dio l,12 ca.30.

¶ Allia tradunt grauem halitum nõ eſſe factura, ſi quis ab ipſorum eſu crudam fabam inſuper mandat, aut radicem betæ toſtam. Pli.li.19. ca.6.

¶ Siquis coriãdrũ ꝯſumat, aut cuminũ, aut aniſum ãte porros, nõ olebit.

¶ Raſani erunt dulces, quorum ſemẽ vino mulſo, aut vuarum paſſarũ ſucco fuerit maceratum. Dio. li. 12.ca. 29

¶ Omnes fructus cucumerariorum, dulces Dyoni - li.12.c.39

dulces efficies, si semen ipsorum lacte & melle, vel aqua sacchari maceraberis, & refrigeratam ac aßicatum seminaueris.

*¶ Melopeponis semina seruãda meliora sunt ex eiusdem vite, alio nondum omnino maturo, quàm ex optime & maturo.

*¶ Quoties ex melopepone siue cucumere, siue melongena, seruare cupis aliquam ad semina in venturum annum conseruanda, proxima radici deligito.

*¶ Si velis vt melopepones, & cucurbitæ sine ad aquatione nascantur, & immanes. Sere in serẽdo semina eorum, in radicibus Buglossæ.

Dionisi. ¶ Si melopepones rubicundos velis produci, illorum semina prius croco & gariophylorum clauorum aqua

per

perfunde.

¶ Vt fructus melopeponis odorati enascantur semina, prius musco Arabico madefacito. Dionisi.

DE LVDICRIS. ET CONTRA impostorum technas.

Caput. 6.

SVnt quædam ludicra minimè grauia, minimeq; molesta, quibus vti elegantes homines non dedecet. Horum non nulla in hunc locum contuli, vt et ipse ĩ re leui admirationẽ parias, fœminis præcipuè, & aliorum imposturas discas nõ admirari quod non in extremis ponit Horatius. Vidi car. li. 18. Epis. 6. li. 1.

* ¶ Solet fieri liber qui non leuiter in admirationẽ spectatores adducit,

demon

demonſtratur enim (folia celeriter euoluẽdo) modò ſcriptus, modò albus, modò hac, modò illa figura ac pictus. Eius autem compoſitio eſt huiuſmodi. Clauſo libro, folia in anteriore parte diuide tranſuerſè in quatuor æqualia interualla, ducens atramento trãſuerſas lineas. Aperto deinde libro, primum foliũ pro tegmine in tactũ relinque. Deinde in ſecundo folio in parte ſuperiore, ſcribe literam. A. in ſequenti. B. deinde. C. deinde. D. hiſq́ quatuor characteribus pinge totum librum incipiendo rurſuŝ ab. A. &c. & primo folio (vt diximus) relicto, duo ſequentia folia in primo interuallo in arcus figuram ſcindenda, & alia duo ſequentia folia relinquenda ſunt in tacta, deinde duo ſequentia folia item ſcindenda. & alia

duo

duō intacta relinquenda, & sic de inceps vsque ad finem, binis folijs scissis, & binis intactis. Quo fiet vt pollice super illud interuallū posito, omniaq́; folia quæ euoluūtur, sint eiusdē characteris. Rursum ad libri principiū redeundum est & relicto illo primo folio albo, & secundo iam scisso, duo sequentia circa secundum interuallum scindenda, & duo intacta relinquenda: & sic deinceps vsque ad finem. Tertio ad principium libri redendo, relicto tegmine cum duobus folijs sequentibus quæ iam sunt scissa, scindenda sunt duo folia sequentia circa tertium interuallū, & dua intacta relinquenda vt in superioribus diximus. Quarto deniq́; relicto tegmine cum tribus sequentibus folijs iam scissura signatis: duo sequētia

ſunt ſcindenda, & alia duo relinquē da, & ſic de inceps vſque ad finem, quemadmodum in ſuperioribus. In ſingulis autem characteribus ſiue interuallis foliorum, poteſt figura quæ magis arridebit, depingi: dummodo á principio illius characteris ſiue interualli, ad finem vſque figurarum aut picturarū ſimili modo ſeruetur.

¶ Qui ſalis granum in aqua oſtentāt ardentem, pro ſale caphuram doloſè ſupponunt: Caphura enim ardet in aqua.

¶ Si ex impari numero tollitur impar, remanet par. Si autem par auferas, impar remanebit, vnde calculis fiunt aliqua ludicra.

¶ Si quis à me quærat quot habeat in manu calculos abſcōditos, rogabo ego illum quotum ad numerum velit

illos à me perduci, & tunc mihi tot supererunt quot ille habet, verbi gratia. Ille quindecim habet calculos, rogat me vt ad viginti perducam. Tum ego clanculum viginti sumo, & rogo quod habeat, cum quindecim ostenderit, tribuam illi quimq́; , et mihi quot ille habebat, super erunt.

¶ Tres fiunt schedulæ è papyro vel alia re diuersæ in lõgitudine, quæ capite vno æquatæ omnes, et in flectæ, vel reuolutæ, versus schedulam longiorem situs mutant. Ratio est quia in reuolutionis fine remanent pro cerior, & extrema à qua exoritur in reuoluendo remanet. Ioannes baptista.

¶ Abenum aqua plenum pendebit à mensæ extremitate, ex non longo paxillo, si illud paxillũ quod ansam sustinet ex mensa, sustentetur alio paxillo

xillo quod á fundo aheni recte procedat. Isto enim pacto potius ascendit quam mergitur ahenum. Ex ferro vel tabella aliqua etiam pendebit haud longiore ab extremitate mensæ, si tabellam illam incisuram habeat obliquã, quæ aheni ansam obliquè recipiat.

Ioachim *¶Fit etiam nõ sine magna puerorũ & rusticorum admiratione laterna versatilis, quæ in loco obscuriore, prælia depicta, vel venationes ostendat. Ea autem agitur fumo Lucernæ introclusæ, cum paruã sint fumo spiramenta.


*¶Candela se pacea, cerea ve ardens super aquã recta contineri potest, si per locum inferiorem in lõgitudinẽ, secundum lychnum, acicula iuxta candelæ pondus grauis infigatur.

*¶Vt diuidas pomum aut pyrum in quatuor plures ue partes sine cultro & hoc sine vlla corij fractione accipies pomum, & à vertice ipsius incipiens, acu cum filo perforando, & filo vsque subter corio circunligando, donec vnde incepit redeat. Idem facies si in similitudinem crucis velis frangere, & susceptis extremitatibus in vertice pomi euellere paulatim, et leuiter curabis ne aliqua pars corij frãgatur, & hoc fiat clanculũ, ne adstantes rem intelligere queant.

*¶Vt diameter excedat suum circulum, vel quadratum. In papyracea charta, ex ipsa diametro pauxillulum quiddam de glubito, antequam forfice facias ipsum circulũ, vel quadratum.

*¶Nodus im papyro vtrinque inte-

gra & per medium scissa ex papyra-cea phylura, fit ita, ut videatur non posse inde extrahi, nisi nodo soluto, aut rupta papyro, extrahi autem poterit, si alterū papyri scissi latus, per nodum, qua alterum philuræ noda-tæ extremum, alteri incūbit, id quod ex figura hic delineata poterit quis-que intelligere.



A A. immitantur per foramē. B B

¶ Quidā nō læuiter cōmouebat me: nomina papyris minutis descripta accipiens, ac quodcunque volueris ex eisdē sine ulla inspectione, demostrabat certum nomen cuique tribuens. Id efficies si decem papyros minutas

ac in

ac inter se æquales, vel alium quen-
uis numerum acceperis, deinde nomi-
na ad libitum scribere iusseris, ac ex
papyris vna cruce figura, in qua nul
lum nomen sit scriptũ, hæc enim dux
erit totius rei: namque assumptis
manu papyris sine vllo nominum or-
dine dispositis, illa quæ cruce erat fi-
gurata, super imponatur: ita vt aliæ
sub illa occultentur: postea accipies
omnes sic dispositas ac manibus inter
ga demissis extremitatibus pollicis
ac indicis papyrũ in qua crux est ca-
pies, & aliam quæ sub illa erat in vo
lam vnius manus secretò & caute
cõijcies, & leges tacite: verbi gratia:
Petrus, dabis alicui crucẽ, retroq; ma
num mitte dicq; nunc exibit Petrus,
dabisq; illam Petro vel alij. Interim
lege Ioannem, qui in vola manu est,

et retroducta manu dic similiter, nūc Ioānes prodeat, quē dum alicui dasle ge alium in vola manus. &c.

** ¶ Auenæ capreolus retortus, cùm madescit distorquetur in contrariam partem. Hinc fiunt multa ridicula. Nā poteris in illo alligare duas cruces, & cum capreolum madefeceris, altera quiescet, altera subleuabitur.*

** ¶ Facto circulo possumus cōstituere alios circulos, maiores et minores eadē apertura circini: accipiendo frustum mēbranæ (haud subtilis) et fixādo extremitatē membranæ in centro dati circuli, acicula, postea infixe vnā cuspidē circini in ipsa parte membranæ quæ est inter centrum & circumferentiam, alteram verò in parte quæ est extra circunferentiam, & ducendo circinū simul cum ipsa mē-*

bra-

brana circulariter, remanebunt duo circuli, vnus quorum erit maior, alter enim erit minor. Et isto modo possumus facere plures.

¶ Age verò si Alchimistarum vafrities enumerare velim, nunquam finis esset. Accedunt ad capitis vacui iuuenes, aut ad senes deliros, promittũt mõtes aureos, cũ ipsi sint Iro pauperiores. Et si me vides (aiunt) pannis obsitum, possem mihi diuitias ingentes comparare, & cùm opus est pario: sed vt securius id agam, his vestibus vti malo, quàm pretiosissimis. Tu mihi visus dignus, cui secretum hoc adaperiã, modo laboris mei fructus aliquos ex te feram. Nihil dicã quod experimento prius adhibito nõ comprobem. Inspice igitur, ducatum hunc aureum, in fornace ignis conij- Eras. in dialo. de Alchim.

ciam, vbi aurũ minuitur nõ augetur. Quod si tute tua propria manu feceris. Vt aurum hoc augeatur, nõne artẽ laudabis? Expectat auarus inhiãs finem tãti momenti. Præparatis igitur prius vilißimis quibusdam auri pigmento, nitro, camphora, alijs que minutulis, quas ipse pro ingenio comminiscitur, adeunt fornacem. Adolescens manu propria proijcit in fornace ducatum, & cætera sigilatim. Ipse autem impostor folles tractat & carbones suppeditat. In vno autem carbonũ ex cauato aurũ gestat quod in fornace congestum, cum illo altero conglobatur. Cùm demum aurum extrahitur ex fornace, purius & maioris ponderis est quàm antea. Quod cum vel vigilantißimos possit fallere, non mirum est, si homo auri cupidus,

dus, quiduis suppeditet pecuniarum illi qui tantum mysterij commonstrauit. Abit itaq; impostor deluso auaro

¶ Fuit etiam nostris tẽporibus quidã cuius nomini parco, qui magnum sibi nomẽ parauerat, quòd imperitã multitudinem, atq; etiam nobiles multos decipiebat, artibus quibusdã nullius ingenij, sed vafritiei multæ è multis vnũ aut alterum exempli subiungã.

¶ Cùm multi adessent proceres Romæ, petierunt ab eo vt aliquod ederet spectaculum. Ipse autem velut hæsitabundus, accipiat (inquid) aliquis hanc schedulam, & occultè in mensam illam vitriarij conjciat. Quod cùm esset factum, ite (rursus inquit) ad uitriarium empturi vasa vitrea. Quod cùm nobilis illi tentassent vitriarius (cum quo pactus ille fue-

 rat

rat antea) vt singula manibus accipiebat vasa decidebant, & frangebantur. Cùm multa hoc modo fregisset, veluti ira commotus esset, arrepto fuste bacchantium modo, omnia perfregit, mensamq; disturbauit. Riserunt proceres, hominiq; cum fœnore vasorum pretia persoluerunt.

¶ Aliquando etiam res pretiosas furabatur à sotio suo, & ascondebat, deinde libros maxima diligētia euoluebat, spherasque motitabat aßiduè tanquam stellas ad iudicium aduocaret, posteà indicia fingens rem ipsam indicabat. Aliquando cometas fictitios parando, & ante tempus eos prognosticando, non paruam fidem in iudit ijs acquirebat.

Hoc hactenus dicta sint de huiusmodi hominibus, cùm plura dici possent.

sent. Ex his tamen paucis, tu benigne lector synceram mentem meam inspicies, et tibi in posterum prospicies, ne fallaris ab his qui simulata religione nugas vẽditant, & prætextu sanctitatis fraudes tractãt, dæmone dignas. Fallit enim vitiũ specie virtutis & vmbra, vt rectè scriptũ est à Satyrico.

DE RECEPTIS.

Caput. 7.

NVnc iocularibus omissis, ad alia transeamꝰ, quæ cõmodi aliquid habere videtur: sunt enim ad œconomiam vtilia, nec magno constabunt, & domum non indecore ornabunt.

** ¶ Lucerna ex oleo fiet, quam seuaceam quiuis putet, si metallum quodvis accipias, ita constitutum, vt cãdela appareat, deinde colore ita induatur,*

tur, vt seui naturam representet, ac in superiori ipsius parte lychnum super imponas, inferiori autem vesicā alicuius animalis oleo plenam. Indue postea sub cādelabro quousque ad inferiorē partem perueniat, ita vt occulta remaneat. Quo facto candelā rebolues, & ita fiet vt vesicæ cōpressione oleum sursum feratur, sicque alimentum debitum igni tribuatur.

**¶ Candelæ non ita facile igne absumuntur si quo fiunt tempore, puluere aluminis inrorentur, & super puluerem aliam proprij seui tunicam induant.*

**¶ Medullæ iunci, lychnorum vice subire possunt.*

**¶ Halinitrum ceræ mixtum liquefacte, ꝓhibet ne omnino ocreæ trāsmittant aquam: si ipsis diu ad ignem*

ac di-

ac diligenter imbuantur. Oportet autem halinitrum tenuissimè contritũ esse. At sicerae pingue aliquidmiscueris, ad huc melius erit.

¶ Quidam ex corio consuunt ceruicalia, & culcitras, quas vẽto implẽtes, & linteaminibus vestientes, facile sternunt pro lecto.

¶ Si maculas è vestibus aboleri cupis vngae eam massa gypsi rectè, et Solis radijs ad siccandum gypsum expone, post verò aqua commune ablues.

¶ Depictam imaginem si velis renouare, facereq́ illustriorem, misce cum albugine vnius oui album vinũ & panno laneo vnge tabulam.

¶ Si autem macula picea sit, veterem caseum mandito, quo locum fricato probè: post verò illa aqua abluito.

¶ Vestium vel pileorum pingue, si

pane feruente fricabis, aufertur.

¶ Si ex panno rubro maculam detegere vis, lotio humano lauabis, post aqua pura communi.

¶ Si ex auro textis vestibus, quibus ecclesiæ passim vtuntur maculas adimere velis, lotio humano non recenti, sed per dies aliquot seruato, locum lauabis vehementer, & panno melle vncto illinies, post spatium verò vnius horæ aqua modicè calfacta, & sapone locum abluito, & in pristinum nitorem reduces.

*¶ Qui maculas è panno, aut bombice euellere cupit: decoquat metretas tres aquæ, cum cinere excribrato, & felle bouino, in ipsoque feruoris initio demittat & vnciam aluminis, & totidē tartari vini albi, & dū eluere maculas velis, lotione hac effities.

*¶ Si

* ¶ Si vini macula panno lineo insederit, eam tepida aqua & sapone lauato, aut omphacio, antè verò quàm linteum siccetur sulphuris fumo locũ suffumiga.

* ¶ Atramenti labes è linteo macula infecto sic eluitur: melle puro maculã vnge, et Solis radijs paululũ expone, post verò succo limonũ ablues.

* ¶ Si ceram sericeis vestibus impactam auferre vis: igni admoueto & cultello sensim corrades, post verò panno nigro oleo amygdalarum amararum tincto, locum detege.

¶ Ad tapetes emundandos, sume aluminis libram semissem optimè puluerati, & in libris sexdecim lotij merge, igni exponito, vt modicè ferueat, deinde libræ tartari semissem accipe, quib9 salis pugillos duos misce, simul

con

contunde, in papyro inuolue, & igni prunis ve mandato, & formã vnam accipiunt, optimè combusta iterũ contunde, & puluerem cum lotio prædicto misceto optime agitando, deinde quiescere permittito, postea verò pãno rubro hoc predicto liquore madefacto absterges, cum parietibus pẽdent, post verò plicatos in arctum locum inter tabulas scilicet reponas, per naturalis diei interstitiũ, vltimò siccari permittes, & quod cupis iam eris adeptus. Idem efficies albo vino insperso, & plicatos per aliquod dierum spatium remittendo, & hoc iterum vini munus tribuendo.

* ¶Vt arma situ non obducantur recipe ramenta plumbi, & pone ea in oleo per dies nouem ad Solem & aërem, & cum hoc line arma.

¶Si

¶ Si parietes cupis nouo & admirando modo de albare, cartham pergamenam albam in minutiſsima fruſtula diſſecato, ĩ aqua deinde duos dies macerato, ad ignẽ poſtea admouendo donec glutem fiat, parietem deinde ſpõgia perunge: cùm demum ſiccum fuerit, ſaxo quodam leui leuigato.

* ¶ Calcei coturni ve nitorem priſtinum adipiſcuntur, ſi ſaliua per noctẽ eos fricueris, poſt verô charta terebinthina madefacta ſuffumigato, ſume mane pãno laneo nimis abſtergito

* ¶ Ad tolendos oculorum langores, ℞. atutiæ præparatæ drag. 2. ſacchari candidæ dragm. 3. Alarguez ſcrupulum vnum, acibar ſucrotino ſcrupulũ, conterantur omnia, & ponatur in ampulla vitrea cum ſextario vini albi optimi, moueãturq́; ibi recte vſus

G eſt

est deiicere penna duas, vel tres, guttulas huius vini intra ipsos oculos.

** ¶ Si pelles hædinas cupis colorare, immitte calcem viuã in vase qđ non sit escrabrum nec asperum, asperges q́ calcem lixiuio, posteaquã ipsa calx dehiscat inyce in hiatibus puluerem lapidis argẽti (Hispanè almartaga) in super lixiuium tantum immitte vt pultis imaginem præseferat, deinde quiescere permittito per naturalis diei interstitium, vltimo eo vnge pelles et postquam isiccatæ fuerint pertica decute, vel striga eas, & quod cupis iam adeptus eris.*

** ¶ Si calcei inuersa pelle, aut corio versus partem carneam fiant, sic eos nigerrimus reddes: excusso prius pulnere, post aqua humefacies in qua sit maceratũ chalcanthũ post siccitatem*

lenito

lenito oleo modico panno laneo.

* ¶Scabiem nihilo melius peli quàm hoc vnguẽto expertus sum. Olei & succi mali aurãgij æquales partes sumito, quibus salis aliquantulũ adde, atque sulphuris & butyri, omnia liquifiant: quibus aliquantulũ calidis, perunge corpus cũ discedis cubitum.

* ¶Fusiles imagines cuiuscunque coloris effinguntur, alumine liquefacto cum colore, qui tibi placuerit, illudq; postea in matricem infundito, donec durescat.

* ¶Luteam imaginem sic, ærea vt appareat efficies. Ex charta pgamena, vel ex chirothecæ corio minutatĩ conciso, glutem efficies, sinopiã atrã immiscendo glutini, quibus imaginẽ perline. Hæc postquã exsiccata fuerint, iterum perungi debent pictorũ

glutine, deinde leuiter aſpergere tri-tum auri pigmentum.

¶ Vt vitreã feneſtrã confingas ex papyro: papyrũ ſume in officina qua cuditur, quæ papyrus glutine corio careat. Terebẽtynæ partes ſex ſumito, maſticis verò duas, mixta liquefiant quo papyro extenſa eam inunge.

¶ Vt vitriariam dilucidam facias: chartam pergamenam hædinam ſumme, quæ ſine calce fuerit præparata: hãc ſubtiliter rade donec ſatis ſit pellucida & tenuis, de inde in vas aliquod illam demitte aqua plenum, ita vt pellis cooperta maneat, in vas illud paululum inijce mellis ad ignem deſpumati, ouorumq́ octo albumina, omniaq́ cũpelle rebolue intus, poſteà antequàm areſcat, illã adapta lignis quibus eſt permanſura, cũ verò arue-

rit,

rit, quæ volueris depinge,poſtea pi-
ctoris vernice perunge.

¶Vitriariam papyraceam ſic imita-
ueris:eme aſſe pictorum vernicem,
quæ in aqua, quãtum ſcutella capiat,
ferueat, donec euaneſcat aqua,moue
aturq́; aßiduè. Dum autem fuerit ſe
micoctum,vitrum benetritum inijce
quo bitumine vnge papyrum. Pote-
ris autem papyrum depingere antea,
vt verior appareat imitatio.

*¶Vitrũ ſic deaurabis. Albũ vnius
oui in ſcutella ſubige, quo ſubacto re
iectaq́; ſpuma, cum eo quod ſubſidet
vitrum deline, & ſicari permitte,
dein verò animæ halitu fouebis: poſt
aurum foliatum ſuperpone: vltimo
verò his actis vernice pictorum ma-
defacies,& Solis radijs expone. Lo
co albuminis aliqui ſaliuã ieiuni ho-

minis collocant.

¶ *Vt ferrum graphicè depingere possis. Cinnabarum, Dioscoridi miniũ, terito lapide pictorum, quo super ferrum, pro arbitrio, vtitor, quod postquàm siccitatem induat, aquam argentariorum inspergito per trium horarum interstitium, loco munito ne fluat aqua.*

* ¶ *Ad vitria vel lapidea conglutinãda. Sume thuris, cirusæ, ceræ albæ anna partes duas, mastichis partem vnam, conterantur omnia, & liquifiant in pultario, & eo vtitor. Calefaciendo prius ea quæ conglutinare paras.*

*¶ *Ad lignea vel fictilia conglutinãda, sume casei annosi rasuras, quas aqua calida mice inde cũ calce viua commolito nimiùm, & eo vtitor,*

* ¶ Ad fistolas fontanas combituminandas: recipe calcis partes. 6. pulueris latericei. 4. schoriæ ferrariæ. 4. item stupas nimium cōtritas & conscissas, quæ omnia in oleo cōmassato mixtū, loca verò cōbituminanda primùm oleo lineo circum vngito, & bitumen hoc apponito. Quod si tenatius bitumen desideras, præsertim ad loca quibus aqua sursum micat, & se se erexerit superius, massæ adde mastici vncias tres. Cum autē aqua per fistulas recens bituminatas emerserit, sensim paulatimque id ages, ne aquæ violentia, rumpat bituminata.

* ¶ Lignum quodcūque frixum in oleo, nigrescit, aut in atramento sutoris. At coctum in lixiuio & lotio atque alumine rubescit.

¶ Faces è quocumque ligno hoc mo-

do facies: stolonem querceum à verti ce ad imum diuides in plurima frustra, velut in duodecī. Plura ue, inde siccetur in furno duobus tribusue diebus, excluso itaque humido aqueo, cū remaneat qđ pingue est ardet vt tea.

* ¶ Tabulam sic, nucea vt appareat efficies. Decoque cortices virentes iuglandium in lixiuio elicato, quo vnges ipsam tabulam. Et si collibuerit aliter potes. Sume supra memoratas cortices virentes, vel sicas & pone in lexiuio forti per biennium ad macerandum, & postea vtere.

* ¶ Modus efficiendi luminarias quæ diuersi coloris apparent. Accipies mala aurangia, & circa pedem vniuscuiusque efficies circulum non maiorem quàm qui sufficiat ad digitū vnū intus mitendum, vt poßis facile medullā

dullam mali aurangij omnem amouere, ita vt solùm corium fermè transparens remaneat, ita tamen vt superiori in parte foramen paruulum sit, per quod lumen poßit respirare: tunc lumen accendes, coriumq; malæ aurangiæ super impones: fit enim tunc vt lumen eius coloris appareat, qui in corio malæ aurangiæ super impositæ reperitur. Idemque in quam plurimis effici potest experimentum.

* ¶ Veratrum, vt purius & efficacius sit, cuniculi vrina misceatur, cũ lacte simul tithymali, quam esulam siue lactariam, aut lactucã caprinã dicimus.

* ¶ Vt stannum argenti colorem nitidißimum subeat: argentum viuũ petia deligato, & stanno ab alio detrimento purgato, petia illa argento im

buta si fricueris, quod cupis efficies. & si nitorem in maiorem temporis tractum insidere stanno cupis, post laneo panno vetustate confecto & tonso mundato.

** ¶ Puluis qui esculenti vicē obeat, vbi fames vrget, bouinā camelinā ve carnem sumito, & medio quopiā modo decoquatur, in frusta deinde sicca, ita vt frusta subtiles laminas emulentur, tegulis imponito, ita vt minimè se cōtingant, in camino exsiccari sinito (sic tamen vt fumum non contrahant) donec in puluerem redigi possint, & libris decem carnis, aut pulueris vnciam salis, & semiunciā garyophylorum misce & cinnamomi quartam portionem, crociq́ pondus ad cinnamomum, omnia exactè accurateq́ & trita & mixta, & puluis*

hic

hic aqua vino ue, aut iure mixtus optimum præbet alimentum, & tecum ferre potes quolibet iueris tuto.

¶ Vt mulæ equiq́ saginati breui spatio sint, iusquiami radicē sacculo inijce, quā frumēto triticeo coquito, quo frumēto pugillo dūtaxat ordeo mixto, id consequtus eris. Alij testudinē cū tritico loco radicis decoqunt.

¶ Ad cōseruādūcarnes. Impone ipsa caro feruēti Soli tribus horis, & postea in humectis locis locato.

¶ Herba quā Hispanè Escordiō dicitur, conseruat aliquātulum cadauera, à corruptione. M. Venegas.

¶ Vt aqua potui absque putredinis noxa grata in mari seruari poßit: fictile aut ligneū vas para nouū & nimis lotum aqua munda, postea id aceto fiet albo, quo peracto masticis &

thuris fumò imbues fictilis ore subuerso horæ spatiũ, aquam vltimo potui destinatam infundes, & masticis & thuris singulorum puluerati vnciam inijce, Eryngis radicem et plũbi frustũ calculorumq́ alborum fluminum, cũ arenæ portione pugillos aliquot pro aquæ mensura: vasis tamen orificium absq́ operculo quopiã semper erit, vt aëris liber sit additus.

Pli.li.24 ca.1. Rue li.1.c. 22. *¶ Nitrosæ aut amaræ aquæ, polenta addita mitigantur, vt intra duas horas bibi poßit.*

¶ Si verò aqua nõ sit bona, neque potabilis, sed morbosa, coquatur donec decima ipsius pars in sumatur, deinde refrigeretur, atque ita innoxia erit. Sic enim & marina aqua cocta dulcis redditur. Lauri folia emendãt aquam corruptam, & reddunt eam

bene

bene olentem.

* ¶ Aquam lutulentam, si alumẽ in puluerem redactum, aut amygdalæ grosso modo contusæ, inijciantur, purã reddi, experimẽto deprehẽdimus.

* ¶ Ad cognitionem bonarum aquarum, non quod quidam opinantur cõducit ponderatio & libratio earum, quæ licet non nunquàm verum probet, ratione terrestrium puluerum aquis commixtorum, sæpius tamen fallit. Quare præstantior notitia & dijudicatio earum, fit per Solem seu per ignem. Sume ergo tibi duo eiusdẽ telæ, & lini, æqualia mensura & põdere linteamina, & eodem momento temporis hunc hac aqua, & illud illa madefacito, quæ. Soli siccãda apponito, & quod prius siccũ apparuerit, aquam subtiliorem demõstrabit,

Ad

Ad hæc eiuſdem panis duo fruſta igne torreto, ea ſingulari aqua ſingula immittito, & quot ante aquam ebiberit, eam indicabit ſalubriorem. Præterea ſingulatim in duobus cacabis eas aquas duas decoquito, et quæ pauciores ſpumas generat præſtãtior eſt. Salmandriæ ſignum bonarum aquarum eſt. In aqua non ſunt animalia venenoſa.

DE VINO.

Cap. 8.

HOC in capite quædam de vinis factitijs dicenda ſunt. Non vt imposturas inde addiſcant homines auari, ſed ea quæ prodeſſe (ſine fraude) aliquãdo poſſint.

*¶Vinum ad conseruationē iuuentutis sic fiet. Immitte in sacculo lineo species nō tritas, sed particulatim scissas, ita quod substantia specierū sit in sacculo vaga, & ponatur in vino, ore vasis diligenter obstructo. Arnal. de cōserua. iuuētu.

*¶Vinum senescentium, hyemali tēpore vtile. Recipe spicæ cinnamomi, carpobalsami, xilobalsami, zinziberis, galangæ, calami armacis, assari, myrtillorū, anna, drachmam. Mastices drachmas duas, glycyrrhizæ, semi unciam, sacchari pro arbitrio: pone omnia insacculo longo, & sacculum in colatorio, & toties colando, donec vis specierum tota in vinum transierit, quot per gustum cognoscetur. Ad idem. Recipe zinziberis drachmas duas, cinamomi semiunciā garyophillorum drachmam vini albi mensuras Herm'o. li.1. c.de vua.

ras tres, mellis vnciam sacchari albi semilibram, fiat clarea.

Arnald9 *¶Vinum cui datur omnis sapor, & odor in momento, est res curiosa, & vtilis. Herbæ, semina, aut aromata quæuis infundantur in aquam arden tẽ per horas viginti quatuor, sic vis illorum extrahetur. Tum aquæ mo dicum sic imbutæ, vino bibendo miscebitur.*

¶Vinum adulteratum quomodo dig noscatur. Facile est omnia vina adul terata metallicis dignoscere: nam in calice horis relicta. 24. fundum ob grauitatem petente metallico, vina sunt instar vappæ colore relicto.

Dio.Vti cẽsis.li.6 ca.15. *¶Quomodo mustum statim in vsum veniat, in metretam musti heminam aceti dulcescentis conijce, & post tri dum purum erit.*

*¶Si

* ¶ Si vinum per saporem vasorum vel uuarum fuerit corruptum, aqua ardente infusa restituitur. Idem effi cies folijs lauri, in vase iniectis.

* ¶ Ad vina perturbata reficienda, Oua duo vel plura, si rubrum sit vinum, cum luteo. Si album, è candido solùm, lapidum fluminis pulverizato rum partes tres, salis tenuissimè triti partes duas, misce per tres dies quin quies aut etiam frequentius, diebus singulis agitando, sed prius in vas purum trãstulisse ipsum opus est. Hoc ad vina perturbata reficiẽda, si quid spei relictum est, cõducit. Melius etiã sit, si mellis quantum salis addatur: hæc enim tria, mel, oua sal, omnes pur gant liquores: lapis autem ad trahen dum infra plurimum iuuat. Carda.

* ¶ Dum accidum, vel putridum red

H ditur

ditur merũ, immittito mala linaceo fi lo, ita vt inter malũ & malũ interpo nas folia lauri, mala autẽ crebris cul trictibus diuisa resperſa ſint garyo- phyllis, quæ omnia intra cuppas hæc collocato cadibus obturatis, et pus vi ni ad mala tranſiliet, & tunc vinum erit perfectũ, cum malè oleant mala.

Pli.li.19. ca.8. ¶ *Cum braſsica corrumpatur in do- lio, vini ſapor odore betæ, folijs demer ſis reſtituitur.*

¶ *Vinum facies acetũ hoc modo, Be- tæ radicẽ tuſam in vinũ inijce et poſt*

Li.8.c.32 *horas tres acetum erit (Dioniſio Vti cenſi,) ſed ſi integrum reſtituere ve- lis, braſicæ radicem immitte.*

Dio.lib. 8.ca.33. ¶ *Acetum ſine vino facies hoc modo Perſica mollia ac delicata in dolium mittito, & ordeum toſtum ingerito, ac per diem computreſcere ſinito, de-*

inde

inde excolatis vtitur. Similiter, ficus veteres, & ordeum torre factum, et citreorum interna, in dolium mittes, mouebisque diligentius ac frequētius & vbi computrefacta, & liquefacta fuerint, excolatis vteris. Ad idem. Vasa mellaria, aut fauos lauari aqua præcipiunt: hac decocta, fieri saluberrimum acetum aiunt. Pli.li.21, ca.14.

¶ Probabis acetum an aquā habeat, hoc modo. Nitrum in acetum mittito, & si velut efferuescens intumuerit, aquam ipsum habere iudicato.

* ¶ Probabis vinum vel mustum an aquam habeant his modis. Si linteū vino aquæ mixto imponatur, prominea tq; extra vrceum, aqua è vase tota ascendit per linteum, syncerumq; relinquit in calice vinum. Alij calefaciunt vinum, & in ollam nouam

 mittūt,

mittunt, atque ſubdio exponunt. Si igitur aquam habeat, tranſmutatur in acetum. Alij calci viuæ vinum inijciunt, & ſi quidem habuerit aquam calcem diffundit: ſi verò purum eſt, calcem conclutinabit. Alij in ſartaginem oleum feruens habentem, vinum defundunt, & ſi aquam habet, ſtrepitus bullas excitantes reſiliēt. Alij experimentum faciūt cum pruna quadam: nam immerſa in vino, ſi purum eſt, nō ſtrepitat. Quidam ſpōgiam nouam oleo imbutam oſculo vaſis obdunt & intorquent, & ſi aquā habet, per ſpongiam permanabit. Eodem experimento etiam in oleo dignoſces. Hederæ mira proditur natura ad experienda vina (vt Plinius teſtatur) ſi vas fiat ex ligno eius, vina trāsfluere, ac remanere aquam, ſi

Plini. li. 16. ca. 35.

qua

qua fuerit mixta. Quidam malũ vel ouum in vas inijciunt, melius autem pyra syluestria, alij locustã, alij cicadam, & si quidem innatauerint, hæc purum est vinum, si verò mergũtur, aquam habet. Rueli. li. 1. ca. 143.

¶ Vt multo vini potu quis non inebrietur. Pulmonem caprinũ assum, aut amigdalas amaras, aut brasicam vel ce[illegible]am, aut panẽ in aqua maceratum ieiunus comedat.

¶ Vini vsum tollentia. Humorem tenuem qui de sarmentis post cæsuram defluit, colligito, & vinoso ignoranti inter pocula bibendum exhibeto. Dion. li. 7. ca. 32. Roelius. li. 1. c. 143

¶ Vt ebrij rursum sobrij fiant. Sobrios reddit ebriosos, acetum aceruatim haustũ, & brasica comesta, & dulciaria ex melle ac placẽta. Prodest etiã genitalia aqua frigida lauare. Qui Roelius. li. 1. c. 143 Dion. li. 7. ca. 33.

plura vinorum genera factitia, eorũ que cõpositiones, et vires desiderat, Dioscoridem adeat, & Arnaldũ de Villa noua.

COSMETICA quædam.

Caput. 9.

INDIGnum nobis visum fuit nedicam in humanum, cum multa dixerimus ad elegantiam & industriam virorum, nihil admiscere quod ad solas fœminas etiam spectaret. Cõtuli igitur in hunc locum (vt fœminas etiam demereret) quæ ad ornatum mulierum pertineant. Nec mihi vitio vertat aliquis, hæc luxuriæ irritamenta appellando, quod fœminis ostedam, quod ipsæ fortaßis igno-

rauerant. Nam ego cōtra hæc facio, ut et nimis pecuniarum insumant in re necessario alioqui per agenda, & decentius, & sinefœtidis condimẽtis maritis suis placeant ornatæ.

¶ Vinū utile ad ornatum mulierum, quod cutim albā, subtilem, purā et coloratiorẽ reddit, sic fiet. Zimziber & cinnamomum pone in vino, & distilla admodum aquæ rosaceæ.

¶ Aqua ad lentigines, omnem scabritiem & maculas faciei. Tartari ad albedinem usque cremati libra, mastices, tragacanthæ, utriusque semiuncia. Camphuræ drachmæ sex, albumina ouorum quatuor, trita mixtaque in aqua rosacea distillentur.

* ¶ Pannum qui gigni solet in facie, auferre potest sinapi tritum cum aliquantulo mellis in unguenti formam

albuginem insuper oui recentis immisce, nec non limoniorum duorum succum, hoc igitur medicamẽto dum cubitum concesseris, perunge locũ vnde pãnus inhæret. Atque adeò si omnia hæc pice liquida miscueris, cõmodius erit medicamentum.

¶ Aqua, vt faciet & reliquæ corporis partes pulchram speciem retineat Aquæ vitæ vnciæ duæ, aquæ florũ fabarum, rosaceæ, vtriusque vncias 4. nymphææ vncias 6. mixtis omnibus abijce dragacãthæ albissimæ drachmam, per sex dies insolatam hanc aquam colabis linteo puro: vsus eius est manè.

**¶ Aqua, ad de albandos dentes. Salis purgati & contusi libra, aluminis glatialis vncia, destillentur in alembico. Huius aquæ vnciam misce cum*

vncia plantaginis: & intincta lana xylina, dentes perfrica, eruntque nitidissimi.

* ¶ Ad cōfirmandos, simul & emūdandos dentes: recipe Iofre albi, sanguinisdraci, masticis, thuris, anna portiones, corali rubri duplam portionē, sacchari albi vnciam semis, item cinnamomi, garyophillorū, brasilis, anna triens nummi: testæ figullinæ fracturas cōmolito quantum pars cuiuslibet speciei, & omnia simul iuncta excribrato & in tenuissimum puluerē redigito, quo confricabis dentes.

* ¶ Apium, cùm multa tamē sint odoratiora, emendat si quid aliud oris fœtorem. Pli. li. 2 ca, 6.

* ¶ Anisum, oris halitum iucundiorē facit, fœtoremque tollit manducatū matutinis.

 * ¶ Cō

Sectio.1. Probl.8. &.39.

* ¶ *Contra stuporem dentium valent casei cortes, aut semina mali cotonei, aut portulacæ foliæ, causã reddit Aristo.*

¶ *Vt capilli longi & flaui, ac splendidi fiant, & facies elegantior. Lardi quantum volueris radendo quam minutißimè concidens deinde in pila marmorea contundes, cuius in alẽbico distillati liquorem album colliges, quo pilos vnges.*

* ¶ *Furfures ad abluẽdas manus. Recipe semodium furfurum in quodam linteolo, eos ablue donec ex eis aqua prodeat clara, postea vero immitte eos in ollam quæ non sit scabra nec aspera, inijceq; intus aceti librasduas & ferueat vsq; dum maneant sicci: postea â foco dimoue, sex quæ oua in eos immite, & mellis scutellam vnã,*

& mis

& misce in igne & eos moue vsque dum siccentur: deinde pone ad Solē, & subdio donec siccentur.

* ¶ Ad omnem labem & nigrorem è manibus auferendum: succus limoniorum conducit cum aliquantulum salis communis, & postquàm illud exiccatum in manibus fuerit, aqua communi laua.

VARIAE RES AD scribendum.
Caput. 10.

ANTE non fuisse chartharū vsum, in palmarū que folijs primò scriptitatum: deinde quarundam arborum libris: postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cæpta, aut cæris Pli. li. 13. ca. 11.

cæris multi ſunt qui prodãt autores. Sed ante chartas papyraceas inuentas, & poſt illarum inuentionẽ, ſemper curæ fuit hominibus alios ſecretiores modos inueniẽdi ad ſcribendũ. Antiquorũ igitur huiuſmodi aliquos & ſimul à nobis expertos modos ſcribendi, hunc in locum contuli.

* ¶ *Qui occultè cum abſentibus negotia tractabant, vtebãtur modo quodã ſcripturarum (quas nos cifras appellam9) in quo omnes fermè variãt.*

Sueton. trã. in vita Iulij Cæſar. c. 56. idẽ in vi. Octa. Cæſar, Au. c. 88


¶ *Alij enim tum in proprijs ſecretis quæ occulta eſſe volebant, tum in his quæ alijs communicabãt, vtebantur ordine quodã alphabetico tranſmutato, ita vt quartã, aut ſecundã elemẽtorũ literã pro prima aſſignauerint. D. efficiẽtes, A. & E, pro. B. ſicq; oẽs literas cõſequenter immutabant.*

¶ *Alij*

¶ *Alij priores. Arithmeticæ artis numeros pro vocalibus vſurpabant.*

¶ *Alij pro vocalibus quaſcūque literas accipiebant, dūmodo certis notis eſſent inſinitæ: vti. q. verbi gratia, apud illos ſi vnica paruula lignea recta vel curba eſſet aſsignata. A. ſonabat, ſi duabus. E. & ſi eadem vel alia litera tribus notaretur. I. ſi quatuor. O. ſi quinque. V. vocalem demōſtrabant.*

Ab	cd	efg
hi	lm	nop
qr	ſt	vxz

* ¶ *Alij diuiſo alphabeto iſto vel alio modo ponūt angulū in quo eſt litera, & per puncta deſignat quanta ſit litera in ordine, vt ſi placeat ſcribere hanc dictionē deus: ſic d̄lineabitur* 

¶ *Alij*

*¶ *Alij alphabetum in quinq; partes lineolis diuidũt, vnicuiq; parti notã, tribuẽdo quomodolibet, isto modo*

abcd efgh ilmn opqr stvxz.

; . : ? ()

postea si placeat scribere istã dictionẽ diego, sic facies 4,1:1.3.1? Numeri denotãt quota litera in ordine diuisionũ sit, notaquæ ipsum sequitur numerũ, denotat cuius diuißionis sit.

*¶ *Alij scribunt quod volunt in epistola iam abalio scripta: notando punctulis literas ipsius epistolæ.*

*¶ *Alij intelligunt se epistolis comẽdanticijs secũdũ principia: nã si epistola incipit à dictione non, est cõpletiua Sed si incipit in si, per suasoria est.*

¶ Alij vtuntur duobus alphabetis, habentia inqualibet litera quandam orationem (vt illis placet) ad intelligen-

gendum se: nominando literam illam quam opus est eis.

¶ Alij dictiones transmutabant ut, vs li fi, pro filius aßignantes. Erant qui duos surculos teretes pari magnitudine haberent: circũ hunc lorũ longũ papyrũ ve plicabant, ita ut ore cohærerent: literas deinde super scribebãt. In alio eodẽ modo appareret, qđ in altero quouis fieri non posset. Ioachi.

¶ Alij verò dictionibus literarum locovtebantur: orationesq́ efficiebant, quarum si primæ dictionũ literæ considerarentur, diuersum quid ab orationibus sonarent. Cæterùm cùm hoc modo quisque pro libito poßit cifras diuersas constituere, de his non curabo. Solummodò methodum qua quis occultè suum animum alteri manifestare queat, declarabo. Tritemi. in polygraphia.

¶ Pro

*¶ *Propositum autem fiet: si duas papyros æquales constituas, diuersis partibus fenestratas, ita vt foramina seu fenestræ vnius, alteri correspondeāt, ac crucis vnius quæ in literarū frontispitio apparet, alterius non sit dissimilis. Tuncque sic literas quas mittere ad aliquem volo, disponam, vt ea parte papyrū quā habeo est fenestrata, quod volo proponā. Neque tāmen à sententia totius literæ disce dā: sicque fiet vt tota charta aliud sonet: quā si particulatim consideretur Sic enim altera fenestrata papyro, quā is habet ad quē literæ mittuntur quod dictum est facilè percipitur.*

*¶ *Noua elementa characterum, aut alphabeticas literas non seruato ordine communi, multi, secretum suum celantes scribunt, sic sibi tantum aut*

solis

Solis amicis ſuis notitiam ſcripturæ cognitam fore curantes. Quorũ ſcripta, quantum vis abſtruſa; dum non ea conſtent literis aut figuris numero vel minoribus vel pluribus, quam alphabetum continet, aut dũ non præpoſtero ordine ad ſignificandũ imponantur, his regulis palã lectori patebunt. Curandũ in primis erit indagatori huius recõditæ cõpoſitionis, characterum omnium formas ſibi inde eruere, & quaſi è facie ſingulari ſingulatim ꝑ ſe cognoſcere. Secũdo, diſpiciet ſi cui characteri ſemper adiungatur litera vel nota vna eademque; & certa coniectatione, primum characterẽ appellabit .q. ſequentemq́ .u. Quoniam .v, ſequitur poſt .q. ſemper. Tertio, in dictione trium literarum in qua ſit .q. ſonat. Que. (Hiſpanas

nanque vernaculæ lingue voces tantummodo exempli gratia. Hispanis lectoribus consulentes, aperiemus, quod si quis ex analogia horum canonum Latinas, Gallicas, Germanicas, aut alias, Gẽtilicias voces scripturæ abstrusæ elucidare velit, per me liberum esto. Animaduertendum tamen quod in dictione qua ponitur q. minus quàm tres literas habere non potest. In dictione quatuor literarũ, sonat qual, quel. In dictione quinque literarum, sonat quien, quasi, quedo, quede, quita, quite, quito. In dictione sex literarum, sonat, quales, quanto, quando, quiero, quiera, quiere. Quarto, cum ipsum q. duæ antecedunt caracteres in vna eadem dictione sonant, vnum è quinque verbis scilicet, roque, xaque, loque, saq̃,

toque

toque. Quam verò ſonent vel ſignifi cent harum ex contextu elicies. Si tres antecedunt caracteres, ſonant porque, loſque, laſque, aunq́. Quinto, in dictione paucorum characterũ geminata litera erit aut L L, aut R R, aut N N, aunt V V, & ex vocalibus E E, aut O O, aut I I, quæ ſi ponantur in initio dictionis erunt. L L vt llaue, lleuo, lleua, aut V V, vt Vueſtra, in medio verò erunt eædem vel cæteræ, vt Allegar, rallo, gallo, tollo, ſollo, creer, leer, honrra, loor, ſennor, anno, dum non ſuper ponitur virgula ſic ſeño, año. Letyo, regozijo hijo. In dictione quatuor literarum geminata litera finalis ſonat mill.

* ¶Si ſiniſtra manu literas ſcribamus, ita vt nullatenus legi poßint, aſſumpto ſpeculo intus ita rectè repræ

ſentantur, ac ſi dextera eſſent inſcul ptæ, nec vlla in legendo eſt difficul- tas. Eodē modo legi poſſunt ea quæ à Typographis componuntur.

** ¶ Cum aqua ſcribes hoc modo. Ac cipe vitriolum Romanum, & gallas anna partes, & impuluiſcula redige: & prius hoc puluere papyrum frica, deinde aqua ſcribe.*

** ¶ Duplicem aquam facies, ad ſcri- bendum tantum vnam, alteram ad le gendum. Scribe cum aqua vitrioli, & cum legere volueris, madefac ip- ſam papyrum aqua gallarū, & è ve- ſtigio literæ vertentur nigræ.*

** ¶ Scriptam cum ſeuo papyrum de- nigra poſtea, radeque ſeuum, & lite- ræ albæ in nigra papyro remanebūt.*

** ¶ Qui in nigro campo ſcribunt cha racteres albos ſic faciunt, nigrant pa*

pyrum

pyrum atramēto è fumo piceo & gummi confecto, ſiccatamq́ nigredinē, ſuperſcribunt ceruſſa gummata.

*¶ Succo limonij, aut cæpæ aut latæ mulieris, aut ficulneæ ſi ſcribas, latēt literæ & aparent dum igni exponentur. Idem efficies cum anoxatir, contuſo mixtoque aquæ: quia hic ſuccus habet colorem, quem nō cernimus donec igne craſſeſcat.

*¶ Scribe in papyro lac mulieris, vel ficulnei, & poſtea frica ipſas literas cum puluere carbonis & manebunt literæ nigræ.

¶ Quæ ſcripſeris ſeuo ſeu almidone cinere ſuperimpoſito leguntur.

*¶ Aluminis aqua quæ ſcribūtur, latent, aquis verò immerſa, legūtur.

*¶ Vrina, in quauis parte corporis ſcribe, & cum aruerint fricando pul

uere carbonis aut papyro cõbusta manebunt literæ.

*¶Scribe lacte ficulneo immixto croco et postea frica ipsas literas cũ aureo foliato. Assumũt enim huiusmodi literæ colorẽ si metallico fricatæ fuerĩt

*¶Vt scribas literas aureas: Accipe gummi Arabicum & vitriolum, saccharum candidum, crocum, anna portiones: & scribe cum mistura hac in quocũq; flore aut papyro, aut vbi volueris, et pone aurum foliatum supra quando literæ sint siccæ anhelitu super literas immisso, antequàm ponas aurum, literæ manebunt auratæ.

¶Ad deaurandas imagines. Recipe sulphur, & gummi, & in aceto forti immittito, ex quo penicillum madefactum duces per loca deauranda. Quæ cùm exiccata fuerint, tũc appo-

nito aurum foliatum ibidem, & fixũ permanebit.

* ¶ Pulueres, qui mixti aqua fit atramẽtũ.r. fumi, picis, carbonis expu taminibus amygdalorũ, vitrioli, Gũmi, singulorũ partẽ vnã, Gallarum, partes duas, omnia hæc contusa, atq; in setaceo subtiliter cribrata & mixta conseruetur in corio.

*¶ Atramentũ nigrum, sic fit: Gallæ cõfractæ recentis vncias quatuor, lachrymæ Arabicæ, florũ cũ corticibus mali punici, singulorũ libræ dimidiũ, octo diebus in. 6. libris aquæ macerẽtur: post decoque ad tertiæ partis consumptionẽ, amotoque ab igne addantur calchanti tenuissimè triti vncias 3. misceãturq; omnia donec frigescat. Et post dies decem linteò densiore coletur ac seruetur.

*¶ *Ad faciendum atramẽtum rubrũ tere carminum & minium aqua ex gummi facta, & postea scribe.*

*¶ *Sine atramento scribere poteris, aut depingere si testã vel ferrum aliquod planũ oleo vel seuo leuiter vnxeris, & ad flãmam candelæ admoueris. Qua fuligine tinge chartam aliquam, & partẽ nigram verte ad papyrum in qua scripturus es, & super hanc papyrum nigram pone figuram aut literam, quam volueris imitari, & cũ aciculæ aut ferri acumine, per literæ aut lineæ extremitates rei quã intentas depingere, duc ferrum aut aciculam ipsam, & pictura manebit impressa in papyro alba.*

*¶ *Ad tabellas memoriæ, in quibus scriptitare & delere ad rursum scribendum solemus. Recipe ossa pedum*

ſuis vel hœdi, aut arietis ſeu cerui, quæ vrito vſque ad incineratam albedinem, inde ea triturato nimium, & hac farina liquefacta ſaliua confricato police tabellas lenes, & graciles, quæ ſunt ex buxo, aut malocitreo post hæc graphio æreo ſuperſcribe.

*¶ *Membranam, qua poſsimus ſcribere & poſtea delere, ſic cõficies. Accipe membranā quandā, & infice eam quodā colore luteo, & poſtquam ſicca fuerit, in cruſta eam tectorico pictoris ambabus partibus, & fiet.*

*¶ *Si nitidam papyrum gracilem illinas oleo linaceo, & inde abluas aceto roſaceo, ita prælucidò emicabit, vt pro vitriaria deſeruiat, & ad pingēdum erit vtilis.*

*¶ *Si membrāna, aut papyrus habuerit maculam olei, fricando cum allio*

vel aceto, poterimus scribere.

*¶ *Papyrus oleo seu adipe infectã emaculatur, si vtrinq́; puluere oßium aduſtorũ hirci eã conſperſeris, indeq́; prælo præſſeris. Alij gypſi aut calcis puluere eã conſpergũt, per dies duos prælo præſſam retinẽtes. Conducunt & ad hanc emaculandã cineres ſarmentorũ, aut palearum fabæ.*

*¶ *Immitens in atramentum putamina ouorum bene trita, facillimè ſiccabitur quod ſcripſeris.*

*¶ *Quando calamo atramentum Patritio alicui dederis, tinge aliquando in aqua ardenti. Nam atramentum ſpiſſum melius ea miſtum effluet.*

*¶ *Si vncias duas plures ve aluminis rochæ, aquæ incoxeris, vſquequo diſſoluantur, papyrus aquæ illi immerſa, (etiam ſi peßima ſit) non trãſ*

mittet atramentum. Eadem ratione pennas anserum reddit meliores.

* ¶ Vt directé scribas sine regula, habeto papyrum quandam atramento lineatam, & pone subtus eam quam scripturus es.

* ¶ Ad epistolas sigillandas loco ceræ vti poteris lagano.

* ¶ Lampyrides in sublimatorio cõiectæ aquã emittũt ex se fuluã & splẽdidã prius, deinde viridẽ, si priorem aquam in vasculum seruaueris, illo vasculo pro candela vti poteris.

¶ Accipiens chrystallum, & vermiculos noctu lucentes, & omnia terens & diluens cum ouorum albugine: quod hoc atramento scripseris, nocte legi potest.

* ¶ Quando præ antiquitate literæ vix apparẽt, abluito sẽsim illas aqua

cocta

cocta in folijs. Nautæ & gũmi Arabici, tuncque nigrescente ac elucente literæ lectori notiora reddentur.

Ioachim *¶pinge ouum pinguedine hirci aut bouis, atq; in acetum pone ad horas 5 vel. 6. postea extrahe, celatum erit quicquid seuum non defenderit: tanta vis aceto inest proxima quæque corrodendi.

African. ¶Quidam in ouo scribunt, quæcumque velint intus, hoc modo. Gallas cũ alumine tritas aceto subige, inde inscribe hoc liquore, quod velis cortici: & feruẽti Soli exiccato impone muriæ: vel acri aceto tribus vel quatuor diebus resicatum coquito donec durescat: sic enim literæ fiunt penetrabiles, quas cortice detracto videbis in albumine duro.

Carda. *¶Formantur in humano corpore

figuræ

figuræ, seu literæ hoc modo. In æstuario diuisa summa cute nouacula, inde rimas minio vel cærulleo aut terra coloris quem depingere cupis implebis, & statim ob calorem contracto colore cutis concrescit in imaginem. Ad idem, Aquæ separationis auri, cãtharides toto die naturali immixtas sines: inde calamo tenui seu literas seu formam quam volueris delineabis in cute, sic vt aquæ vestigia relinquãtur, confestim erumpent vesicæ albæ in locis quos aqua occupauit. His spõte perfractis atq; die vna consolidatis, perpetua cicatrix alba succedet.

* ¶ Possumus affari absenti (interposita distancia visu comprehensibili) diuidẽdo alphabetum in tres partes isto modo, a. b. c. d. e. f. g
b. i, l

h.i.l.m.n.o.p. q.r.ſ.t.v.x.z.
& explanando literas primæ diuiſionis vnica luce, ſecundæ duabus, tertiæ tribus exempli gratia: placet me ſignificare iſtud nomen Diez. Quoniam. D. eſt quarta litera in ordine primæ diuiſionis: demonſtrabo vnicam lucem quater. Similiter quia.i. eſt ſecunda in ordine ſecundæ diuiſionis alphabeti: oſtendam bis binas luces, & quia. E. eſt quinta in ordine primæ diuiſionis, demõſtrabo rurſus vnicam lucem quinquies, & quoniã z.eſt ſeptima in ordine tertiæ diuiſionis: demõſtrabo ternas lucernas ſepties.

FINIS.

IOANNES Perez de Moya, ad lectorē.

S.

SCio lector amice, hoc inuidorũ hominum esse moris, vt etiã in optima quæq; ac penè diuina prorsus dentes exacuant, vt studiorum omnium meas nugas sperē ab illorũ immanitate posse protegi. Sed qui inuidiam placare parat (vt inquit Flacus) virtute relicta, ille quidem inuisus diuis & invtilis orbi est. Cum igitur annis exactis à grauioribus studijs feriarer, non tã aucupãdi mei nominis gratia, quam vt tibi prodessem, & viã ostenderē qua vel res abditas non admirari discere, hũc libellũ concinaui. Quē vel varietate, vel nouitate, spero tibi fore iocundũ. Quæ autē experiētia magistra sum consequutus, stellulis signaui. Cõsulto tamē omisi multa, quæ si sensero hæc placuisse in mediũ proferre nõ grauabor, interim lector optime vale, & his fruere.

AD iurote lector quisquis es: ne libellum hunc materna lingua donare tẽtaueris, feceris enim sic mihi rem ingratissimã; & malum pro bono (quod christiani, imò verò nec æthnici est) compensaueris.

Erratas.

Pla.	linea.	vbidicit	dicat,
17	10	incripsimus	inscripsimus
72	14	diuerse	diuersi
72	16	iustruas	instruas
76	7	optime	optimo
76	17	Bnglossæ	Buglosse
80	4	fingulis	singulis
104	6	tea	tæda
114	4	ctibus	ictibus

Laus Deo.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm